GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. III

PRISCIANI

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM LIBRI XIII—XVIII

EX RECENSIONE

MARTINI HERTZII

PRISCIANI OPERA MINORA

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLVIIII

LIBER TERTIVS DECIMVS.

p. 953. 54 P. p. 559. 60 K.

DE CASIBVS.

Casus quoque accidit pronominibus, quemadmodum nominibus. I 1

Et prima quidem persona et tertia plus quinque casibus habere non possunt, quippe cum vocativus in eis nullo modo possit inveniri, qui prius est secundae, quae sola habens vocativum sex casus potest habere, scilicet ad quam sermo rectus dirigitur. unde nomina quoque et participia in vocativo casu secundae sunt personae sine dubio et finitae. itaque etiam in appellativis nominibus ipsa demonstratione secundae personae propriorum loco fungi videntur in eo casu, ut si dicam 'grammatice', nemi- nem alium significo nisi eum ad quem loquor. si igitur in illis partibus, quae tertiae sunt plerumque personae, tanta vis est vocativi, ut transferat illas ad secundam personam, quomodo in pronomine, quod totum est secundae personae, hic deficiat casus vel ad aliam transferatur personam, cum nulla alia pars sic discernat trium personarum differentias, quomodo pronomen? primae quoque personae possessivum, quod solum etiam se- 2 cundae potest adiungi personae, sicut supra dictum est, habet vocativum, non possessoris, qui est in prima persona, quae intrinsecus secundum genetivum intellegitur primitivi, | sed possessionis, quae cum extrinsecus declinatur, vocativum quoque propter secundam assumit personam, cum ad eam dirigatur. || Terentius in Andria:

†pater mi.

idem in eunucho:

o mea tu.

in eodem:

o †mea Thais,

Meum savium.

2 quemadmodum *ex* quemammodum *corr. K* quemammodum *L* 5 habere potest *B* 6 dirigitur sermo rectus. *G* 7 sunt *ex* sint *corr. D* personae sunt *G* et infinitae *Rr* 10 in allis *K* 11 transferat] *d* tranferat *D* 13 *post* deficiat *lacuna trium fere lit. capax in L* tranferatur *H* 17 persona *om. K* genetivum] *d* genetiui *D* 19 adsumit *B* 20 *Ter. Andr.* V 3, 18 *et* 19 mi pater (*adelph.* V 7, 3 pater mi) *cf. lib.* XVII § 109 in Andria *om. G* 21 pater mi *om. L* 22 *Ter. eun.* IIII 3, 22 mea tu *cf. lib.* XII § 10 eunocho *G* iunocho *K* 24 *Ter. eun.* III 2, 2 *sq.* eadem *K* 25 o Thais mea *Terentius* 26 o meum *Kh* savium] *Heidelb. teste Lind. cum Ter. Bemb.* sabium *RBDHGLK* suauium *d Bas.*

p. 954. 55 P. p. 560. 61 K.

idem in adelphis:

o noster Demea.

'nostras' quoque gentile eundem habet nominativum et vocativum. alia vero, sicut docuimus, possessiva pronomina, quia secundae adiungi non possunt, carent vocativo.

Sunt igitur alia monoptota, ut 'istuc'; 'eccum, eccos, ellum'; 'mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum'; alia triptota, ut 'sui, sibi, se', 'meum, tuum, suum, nostrum, vestrum'; alia tetraptota, ut 'tuus, suus'; 'illud, istud'; alia pentaptota, ut 'ille, ipse, iste'. nam hexaptota pronomina non inveniuntur, quia secunda persona, in qua sola sex casus 1
inveniri possunt, similem habet nominativo vocativum, ut Virgilius in IIII nominativum protulit:

Tuque puerque tuus,

Terentius vocativum in eunucho:

o mea tu. 1

3 derivativa quoque primae personae habent vocativos, quia possunt secundae adiungi personae, ut dictum est, non tamen in omnibus variantur casibus. nec in nominibus tamen hoc invenies nisi tribus, quae nominativum in us et genetivum in ius terminantia secundum quorundam pronominum declinationem flectuntur. unde quidam decepti pronomina ea esse putave- 2
runt, ut 'unus unius, solus solius, totus totius'; nam 'ullus, nullus, alius' vocativos habere non possunt, cum abnegant praesentium demonstrationem personarum, vocativus autem praesentem solet demonstrare personam. ||

II 4 Sunt igitur in pronominibus modi declinationum quattuor. primus, 2
qui in tribus primitivorum personis cernitur per obliquos casus - nam nominativus primae personae dissonus est a genetivo, tertiae vero deficit -, ut 'ego mei' vel 'mis, tu tui' vel 'tis', 'sui' quod debuit secundum analogiam esse 'sui' vel 'sis', quod dubitationis causa, ne verbum esse putetur, recusaverunt proferre. nam ad Graecorum imitationem his quoque 3
utimur duplicibus genetivis pronominum, apud illos enim ἐμοῦ et ἐμοῦς

1 *Ter. adelph.* V 9, 4 in adelphis *om. G* 4 sicut supra docuimus *D* quia] q̃ *G* 5 possunt] *d* possent *D* 6 Sunt] *r* Sint *R* istoc *r et ex* istuc *corr. D* isthoc *K* eccum eccam eccos *LK* eecum eccam eccos eccas *G* eccos] *r* ecquos *R* 9 istud illud *K* ipse ille *G* exaptota *RBDHLK* pronomina exaptota *G* 11 *Verg. Aen.* IIII 94 14 *Ter. eun.* IIII 3, 22 *v. p.* 1, 22 in eunucho uocatiuũ *B* iunocho *K* 16 personae primae *K* quia et possunt *G* adiungui secundae *K* 17 tamen omnibus *GLK* 18 nominibus] *h* omnibus *H* invenies] *d* inuenias *DGLK* nisi in tribus *K* 19 in us] *k* us *RBDH* et *om. GL* 20 putarunt *L* 23 persolam *L* 25 DE MODIS PRONOMINUM *inscr. H* de modis declinationum pronominis incipit *l* 26 nam *om. GLK* 27 disonus *LK* defecit *L* 28 anaglogiam *K* 29 sui *in litura d* ne] nec *D* putetur esse *G* 30 recussarunt *L* nam ad] *d* Nam cum ad *DG* emitationem *K* 31 EMωY *R* EMOYAEIEMOYC *H* ἐμοῦ — οὗς] *in mg. add. d* EMOYETEMOIC. AOPICE. ET COY. ETCOYCETOYETOYC *R* EMCYC *R*

p. 955. 56 P. p. 561 K.

Dorice et σοῦ et σοῦς et οὗ et οὕς dici solet. in ους autem desinens genetivus solet apud nos in is definiri, ut Δημοσθένους 'Demosthenis', Ἑρμογένους 'Hermogenis', in ου vero in i: Πριάμου 'Priami', Κύρου 'Cyri'. sic ergo ἐμοῦ, σοῦ, οὗ 'mei, tui, sui', 'ἐμοῦς' δὲ 'σοῦς, οὕς' 'mis, tis, sis'. sed propter supra dictam causam tacitus est tertiae huiuscemodi genetivus. Ennius in II:

Ingens †cura mis concordibus aequiperare,

'mis' dixit pro 'mei'. dativus 'mihi, tibi, sibi'. nec mirum in easdem vocales genetivum et dativum exire, cum in nominibus quoque inveniantur similiter desinentes genetivi et dativi tam in prima quam in quinta declinatione. accusativus 'me, te, se'. ablativus similis est accusativo in singulari numero; nec dubium, hoc quoque a Graecis esse acceptum. illi enim ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν accusativos cum adiectione proferentes loco genetivi accipiunt eumque quidam ex ipsis sextum esse casum existimaverunt. nec non etiam in nominibus simili modo plurima inveniuntur prolata, οὐρανόθεν ἀπ' οὐρανοῦ, οἰκόθεν ἀπ' οἴκου, et cum praepositione 'ἐξ οὐρανόθεν' καὶ 'ἐξ οἰκόθεν'. unde Romani sextum casum assumpserunt. in plurali vero numero, quia tertia persona, id est 'sui', tam singularis communis est quam pluralis numeri, prima et secunda sibi congruunt, 'nos vos, nostrum' vel 'nostri vestrum' vel 'vestri, nobis vobis, nos vos, a nobis a vobis'. ex primis igitur syllabis tam primitivorum quam possessivorum personae intelleguntur, ab extremis casus et numeri, nec non etiam in possessivis genera, quae in possessione sunt, cum verba soleant per-

1 et σοῦ] *om. GL* coy *in mg. add. l* et coy coyc *RK* et coy. et coyc. et oy. et oyc. *H* et οὗ] *om. GL* ⊦oy *in mg. add. l* ⊦oy ⊦oyc *K* ἑοῦς *Apoll. de pron. p.* 98 *B* 7 *cum adnot. Bekkeri p.* 192 *cf. Ahrensium de dial. Dor. p.* 250. 257 ἕους *Buttmannus gramm. Gr. mai.* § 72, 12 *n.* * I 289) *ed. alt.* solent *B* in ους *add. d* 2 ut *om. L* aemocθenoyc *L* ahmocθhnωyc *R* aemoctenoyc *G* aemocθenoic *K* Δημοσθένους — οὕς] *in mg. d* demonstenis hermogenis uero in i mei tui sui *D* demostenis *GLK* ερμογενους *G* ερμωτενωyc *R* ερμεγενους *K* hermogenoys *B* 3 ermogenis *GL* ermoginis *K* uero desinens geñ aꝑ illos apud nos in i ut πριαμου *d* Πριάμου] priam** *in* priamū *corr. B* kypωy *R* kypoi *G* Cyri] *l* ciri *HGL* cypi *Rr* 4 emωy *R* οὗ] *om. R* ωy *r* δὲ *om. RDH* σοῦς] coy. coyc *B* mis tis] *d* mirtis *D* 5 sis. Sed sis propter *B* huiusmodi *HL* 6 *Enn. ann.* II 1 *E. S.* VII *p.* 21. XXXIX *Vahl. cf. Ribbeckium mus. phil.* X 274 7 curast mis *Vahlenius* cura mihi *Scaliger apud Merulam* concordibus] cū̄ concordibus *H* (*an Hk?*) cum cordibus *Heidelb.* cum concordibus *rell,* aequipare *G* '*An* concordes aequiperare? *cf. Ritschelius prol. Trin. p.* LXXXIII *sq. et O. Ribbekkius Pacuu. inc. fab.* XLIII' *Vahlenius* 10 genitiuis datiui *GLK* 11 est *add. g* 12 nomero *H* 13 *Graeca h. l. et in proxime sqq. om. D add. d* ce*θen *L* ceeθhn *K* σέθεν ἕθεν] *θe*θen eθ*en *Rr* ceen *G* *post* adiectione *m. rec. supscr.* θhn *in D* 15 inueniuntur plurima *G* 16 ἀπ' οὐρανοῦ — οὐρανόθεν] *add. r* oypanotenaπoouypantoykote naπoθykoy *K* απο oypany *L* απoiran yoikoo θen απο oykoy *G* oykoθen *Br* απο *Lrd* oykoy *Ld* oykωy *r* oycoy *B* exoypanoyen *K* exoypanaen *G* exoypanoyθeni exoykooen *B* 17 καὶ ἐξ οἰκόθεν] κεξοικοθεν *R* *εξοικοθεν *H* κεξουκοθεν *l* κεξουκοεεν *GLK* adsumpserunt *B* 18 communes *H*

p. 956. 57 P. p. 561—63 K.

6 sonas in fine magis ostendere: 'amo amas amat'. quod igitur habent i mi|num, id est casus et genera, in fine ostendunt; quod vero verboru in principalibus syllabis vitandae causa confusionis.

Quaeritur, inter 'mei', 'tui', 'sui', 'nostri', 'vestri' genetivos p sessivorum et primitivorum quid interest? ad quod dicendum, quod p mitivorum genetivis omnes casus adiungi possunt et numeri, ut 'mei a est' et 'mei agri instrumentum' et 'mei agro dedi' et 'mei agrum col similiter 'mei agri' et 'mei agrorum' et 'mei agris' et 'mei agros' di mus; similiter 'tui agrum' et 'tui agros', 'sui agrum' et 'sui agros', 'n tri agrum' et 'nostri agros', 'vestri agrum' et 'vestri agros'. quae autem sunt possessiva, genetivis adiunguntur solis eiusdem numeri: 's servi filius', 'tui servi vestis', 'sui servi ministerium', 'nostri servi f ter', 'vestri servi soror'; nec mirum, cum in nominibus quoque hoc id servatur. nam primitivorum genetivis omnes casus adiungi possunt vel i meri, ut 'Tullii ager, agri, agro, agrum, agri, agrorum, agris, agro in possessivis vero similis casus adiungitur et numerus, ut 'Tulliani a Tullianum agrum, Tullianos agros'. in omnibus autem concidentibus l sciendum, quod structura vel ordinatio orationis dubitationem repellit. n enim alia re discernuntur a se tam partes orationis quam accidentia nisi significatione, ad quam et constructio fit. nam inveniuntur voce sa similia, ut 'amator, accusator, orator' et nomina sunt et verba; simili 'poetae, Musae, diei, rei' et genetivi sunt et dativi. significatione igi discernuntur a se, quae attentissime est in omnibus inspicienda.

Quaeritur etiam illud, cur, cum apud Graecos tertia persona pro minum primitivorum et in singulari numero habeat nominativum, ut ἐγ σύ, εἵ, et in plurali, apud La|tinos 'sui' et nominativo deficit et plur separatim non habuit? et existimo, eam esse cau|sam, quod necesse e vel cum aspiratione proferre nominativum et 'hi' dicere, qui pluralis e alterius pronominis, vel loco aspirationis s praeponere et 'si' dicere, q est coniunctio. ergo iure deficit, ne dubitationem faceret, sicut et 's in genetivo pro 'sui'. pluralis quoque, qui est οἵ apud Graecos, in ' transfertur. omnia enim pluralia apud Graecos οι desinentia mutant e

4 mei et sui *G* mei et tui et sui *g* genitiuos *r* genitiuus *R* 5 quid] *r* q *R* 7 et mei agri instrumentum *om. D add. d* instrumentum *ex* instrumin *corr. K* et mei agro dedi *om. D* 9 tui agrorum *K* 11 adiunguntur] *r* iungu *R* 13 nominibus] *r* omnibus *R* 17 tullianum *H* concedentibus *L et ex* concidenti *mut. K* 18 reppellit *L* 19 accendentia *K* 20 Nam *ex* N̄ *corr. D* saepe (s *GK*) uoce *GLK* 24 cum *add. d* 25 habeat] *b* habet *B* ut] *r* et *R* ἵκρ 26 σύ, εἵ] ει οι *in* cy. hoy. *m. rec. mut. D* εἵ] *h* ι *R* ει *BH* *post* plu *'sive οἵ, quod codices quidam habent, sive σφεῖς hic inserendum est' ex sententia M Schmidtii de pronom. Gr. et Lat. p.* 84. *a Krehlianis certe omnibus codd. ut a s abest illud οἵ* et in nominatiuo *Dd* defecit *DHK* 27 et existimo] *h* Ex istimo *H* 28 hi] *in litura r* h^{i} *in litura D* 30 iure deficit ne du *in lit. b* defecit *DGK* 31 οἵ] οι *DH* ^{h}οι *h* ^{h}οy *d* ꝟoy *GLK* hi *Rr* 32 οι] oy *D.* in oy *G*

p. 957. 58 P. p. 563. 64 K.

in i: *Λατῖνοι* 'Latini', sic *οἵ* 'hi'. et quomodo *Λατίνων* 'Latinorum', sic *ὡν* 'horum', et sicut *Λατίνοις* 'Latinis', sic *οἷς* 'his', et quemadmodum *Λατίνους* 'Latinos', sic *οὕς* 'hos'. femininum quoque *Λατῖναι* 'Latinae', sic *αἵ* 'hae', *Λατινῶν* 'Latinarum', *ὧν* 'harum', *Λατίνας* 'Latinas', *ἃς* 'has', unde aspirationem quoque ubique servavit, quae est et in Graecis, ex quibus nascuntur, pronominibus. hoc tamen interest, quod 8 tertia persona primitivi apud Graecos relativa est, quomodo et 'sui sibi se a se' et 'is eius ei'. 'hic' vero et 'haec' et 'hoc' apud nos demonstrativa sunt proprie et praepositiva, quamvis a relativo Graeco videantur genita. necessario igitur, cum tria pronomina pro uno habuimus, deficit 'sui' nominativo et communes habuit numeros; nec mirum, cum apud Graecos nominativus supra dicti pronominis [id est *ἵ*] rarus est in usu, propterea quod non solum *οὗ* vel *αὐτοῦ*, sed etiam *ἑαυτοῦ* significat frequentius, quod nec apud Graecos habet nominativum, quia ipse in se agere qui patitur per hoc pronomen ostenditur. nec eget recto casu, quem verbum habet in se.

Secundus est modus eorum, quae in ius terminant genetivos, quorum III 9 dativi abiecta us genetivorum solent proferri: 'ille illius illi', 'ipse ipsius ipsi', 'iste istius isti', 'is eius ei', 'hic huius huic', quod solum assumpsit c per omnes casus singulares absque illis, || quibus tamen frequenter auctores solent addere ce | syllabam: 'huiusce', quomodo et pluralibus eius in eandem terminantibus consonantem, ut 'hisce hosce hasce', quamvis reliquis quoque casibus vetustissimi addebant eandem ce syllabam: 'hicce huncce hocce'. unde vocali quoque sequente ablata per synaloe-

1 ΛΑΤΙΝΟΥ *GL* latinoi *B* hοι *h* οι *H* ΡΟΥ *GLKd* ΛΑΤΙΝΟΝ *K* 2 *ὡν*] ΟΝ *R* *Λατίνο ς*] ΛΑΤΙΝΟΥϹ *Bd* ΛΑΤΙΝΟΥϹ latinos sicoyc hos *Rr* ΛΑΤΙΝΟΙϹ latinos sic ΡΟΥϹ his *G* *οἷς*] *ex* ΡΟΥϹ *corr. L* ΡΟΥϹ *DK* et quemadmodum — hos *in mg. add. r* quemammodum *BL* 3 feminum *D* ΛΑΤΙΝΑΥ *K* 4 ΛΑΤΙΝΟΝ *B* ΛΑΛΤΙΝΩΝ *GL* ΛΑΛΤΙΝΟΝ *K* sic ΡΩΝ *K* *Λατίνας*] *r* ΑΤΙΝΑϹ *R* ΛΑΛΤΙΝΑϹ *LK* 5 ubique *K* seruauit ubique *L* seruauer̄ *d* 7 primitivi] *α* primitiua *libri* relativa] *d* latiua *D* 9 proprie] *r* propriae *RB* a *add. d* 10 defecit *HGL* 11 sui in nominatiuo *R* commones *D* 12 nominativus] *r* nominatiuo *R* *ἵ*] *h* ∗ι∗∗ *b* ει *H* ei *R* eius *B* ei uel ου *D* hου *d* 13 propterea] *GLK et sic Bekkerus ad Apollon. de pron.* 100 *B* 2 praeterea *RBDH* *οὗ* uel *αὐτοῦ add. d* *αὐτοῦ*] *v. Bekkerum l. l.* ΑΥΤΩΥ *R* ΡΑΥΤΟΥ *K* *ἑαυτοῦ*] *add. d* ΕΑΥΤΩΥ *R* 14 ipsa *B* ipse habet in *K* 15 per] *r* pro *R* 17 De secunda declinatione pronominis *inscr. l* est *om. G* modus est *B* eorum pronominum quae *R* qui *G* genitinos *in mg. add. K* 19 assumsit *R* adsumpsit *BDH* 20 singulares] utriusque generis *Heidelb. teste Lind.* illis] *sc. genetivis; scripsi.* illis qui s desinunt *r Heidelb.* illis quae s desinunt *RBH* illis q̄ in s desinunt (disinunt *G* dissinunt *K*) *DGLK* illo qui in s desinit *d* *post* desinunt (desinit *etc.*): hoc est genetiuo (*al.* genitiuo) singulari *add. libri, et deinceps:* et datiuo ablatiuo et accusatiuo pluralibus *add. D del. d* et datiuo uel ablatiuo et accusatiuo pluralibus *R* et datiuo et ablatiuo et accusatiuo (accussatiuo *LK*) pluralibus *BHLK Heidelb.* et datiuo et ablatiuo et accusatiuo et ablatiuo pluralibus *G* quibus] cui s. genitiuo *d* auctores frequenter *G* 21 ut huiusce *Heidelb. teste Krehlio* quomodo et — consonantem ut *om. Heidelb.* 22 eius qui in *B* terminantibus *ex* terminationibus *mut. H* ut *om. GLK* 23 in reliquis *G* casibus quoque *H* ce eandem *K* 24 huncce] haecce *GK* sequente e *D* ablata *om. RBH Heidelb.*

p. 858. 59 P. p. 364. 65 K.

pham, manentibus duabus c solebant producere 'hoc', ut Virgilius in II Aeneidos:

Hocc erat alma parens, quod me per tela, per ignes
Eripis.

sed scriptorum neglegentia praetermisit unum c. et sciendum, quod accusativi casus singulares et genetivi plurales m in n convertunt c consequente: 'hunc hanc, horunce harunce'.

Genetivus et dativus supra dictae declinationis in ius terminantium communis est trium generum: 'ille illius illi', et producitur paenultima genetivi, quam tamen poetae etiam corripiunt absque uno 'alterius', quod quia solum duabus vincit syllabis proprium nominativum, corripit semper paenultimam i. reliqui vero casus secundum mobilium regulam nominum declinantur: 'illum illam illud, ab illo ab illa ab illo', similiter plurales 'illi illae illa, illorum illarum illorum, illis, illos illas illa, ab illis'; sic cetera eiusdem formae tam pronomina quam nomina. et sciendum, quod in e quidem terminantia masculina mutatione e in a faciunt feminina: 'ille illa, ipse ipsa, iste ista'; 'is' vero 'ea' facit, quod solum literam principalem mutavit in feminino; masculinum enim ab i, femininum ab e incipit. 'hic' enim et 'haec' ab eadem videntur litera incipere, cum aspiratio in principio utriusque ascribitur, quomodo et apud Graecos οὗτος et αὕτη vel ἥ et ὅς, quamvis diversas habeant vocales, ab eodem tamen incipiunt spiritu. eorum neutrum 'hoc', quia et principium et finem servavit masculini, mediam vocalem mutavit. illud etiam attendendum, quod, cum 'ille illud', 'iste istud', 'is id' faciant neutra, 'ipse' solum, quod et 'ipsus' invenitur a vetustissimis prolatum, neutrum in | um desinens facit. Terentius in Andria: ||

Ipsus mihi Davus, qui intimus est eorum consiliis, dixit.

idem in eadem:

† Hoc ipsum. - Atque † hoc ipsum nihil pericli est, me vide.

1 cc *libri* hocc *l* ut] unde *G* *Verg. Aen.* II 664 *sq. cf. lib.* XII § 25 3 hoc[c] *G* hoc.c. *H* hoc *GLK* 5 neglegentia] *r* negle *R* unam *DHGL* 6 singulares] *r* singularis *R* c sequente *GL* 10 tamen et poetae etiam *B* 11 uicit duabus *K* uicit *BDHGLr* corripuit *G* 12 secundum] secum *R* 13 ab illo illa illo *L* ab ab illo illa illo *H* plurares *G* 15 cetera] *b* cera *B* caeterae *G* 16 mutatione eius in *HGLK* femina *R* femininum *B* 19 haec et eadem *G* videntur] *r* uidetur *R* aspiratione *RrH* 20 utriusque] *d* triusque *D* οὗτος—ἥ] *om. D* ΗΑΙΤΟC et ΗΑΥΤΗ *D* ΗΟΥΤΩC et ΗΑΥΤΕ *G* ΑΥΤΩC et. ΑΥΤΗ *R* et] ΕΤ *BH* 21 hoc et * (Η *ni f.*) *Rr* habeut *G* tamen *om. H*? 22 quia et] *h* quia *H* 23 adtendendum *Bd* adtendum *D* 24 faciunt *DLK* 26 fecit *DHGLKr* *Ter. Andr.* III 3, 44 in Andria *om. G* 27 ips*us(i) *H* da**uus(ti) *D* intumus est *Bas.* intumust *Bemb.* 29 *Ter. Andr.* II 2, 13 eodem *R* 30 Istuc ipsum. — Atque istuc (*an* Atquei stuc ?' *Fleckeisenus*) ipsum *libri Ter.* nihil *libri Prisc. cum Bas.* nil *Bemb.* periclist *Bemb.*

p. 859 P. p. 585 K.

illa enim quae quibusdam visa est ratio non adeo firma videtur, ideo in um facere neutrum, quia in us desinit masculinum: nam 'alius', cum in us terminetur, neutrum tamen 'aliud' facit. omnia neutra pluralia similia sunt singularibus femininis, ut 'illa, ea, haec'.

Supra dictorum pronominum declinationem sequuntur nomina octo. in us quidem desinentia quinque: 'unus', 'solus', 'totus', 'alius', 'ullus' (quod tamen ab uno diminutivum esse plerisque videtur, sicut a vino 'villum') et quod ab eo componitur 'nullus'; in er duo: 'uter', 'alter' et ex eis composita: 'uterque', 'alteruter', 'neuter'; in is vel i unum, 'quis' vel 'qui' et quae ex eo componuntur. haec tamen ipsa secundum mobilium regulam nominum solebant apud vetustissimos terminare etiam genetivos et dativos, ut Terentius in Andria:

tam iners, tam nulli consili,

pro 'nullius consilii'. idem in heautontimorumeno:

† dum loquitur alterae,

pro 'alteri', et in eunucho:

Solae mihi ridiculo fuit,

pro 'soli', et 'cuicuimodi' pro 'cuiuscuiusmodi' Cicero pro Sexto Roscio: vereor enim, cuicuimodi es, T. Rosci, ne ita hunc videar servare, ut tibi omnino non pepercerim. cum igitur iuniores frequentius supra dicta nomina secundum ius terminantium pronominum formam declinaverint, in uno ex eis magis nominum declinationem sequuntur, 'neuter neutri neutro' dicentes, cum apud veteres etiam in ius secundum simplicis sui declinationem inveniatur desinens genetivo et in i dativo. Plautus in vidularia:

neutri reddibo,

Donicum res † diiudicata sit.

cum igitur supra dictae formae nomina soleant in um facere neutra: 'unus unum, solus solum, totus totum, ullus ullum, uter utrum, alter alterum', 12

3 terminentur *Rr* fecit *BDIIGLKr* plu*ralia *H* 4 feminis *L* 5 De VIII. nominibus in declinatione pronominum *inscr. l* secuntur *RDH* sequntur *K* 7 uno denominatiuum *D* esse *ex corr. r* 8 habeo *RrD* duo inueniuntur uter *G* et ab eis *G* 9 In *is(h) *D* uel in i *DG* 11 uetustissimos *ex* uetustimos *corr. H* 12 datiuo *L* *Ter. Andr.* III 5, 2 *v. lib.* VI § 36 in Andria *om. G* 13 consilii *libri* 14 *Ter. heautont.* II 3, 30 *sq.* alterae | Dum narrat; *et sic etiam Prisc. lib.* VI § 5 in heautontimorumeno *om. G* heautontimorumeno *D* eautontimorumeno *B* eautontimoromeno *K* 16 *Ter. eun.* V 6, 3 iunucho *K* 17 selę *B* Mihi solae (sole *Bas.*) *Terentius et sic lib.* VI § 5 mihi] *r* mehi *R* rediculo *G* rediculae *K* 18 cuicuimodi] *r* cuicuimodo *R* cuimodi *GL* cuiusmodi *GLK* *Cic. pro Roscio Amerino or.* 34, 95 19 quiquimodi (*al.* quicquid modi *vel* cum eiusmodi) *libri Cic.* es T. Rosci] *Ciceronis Oxon. duo* est rosci *libri Prisc. cum parte codd. Cic.* es Rosci *vel* est Roscii *vel* est Roscius *alii codd. Cic.* ita *om. Cic. Monac.* uidear uoluisse seruare *Cicero* 21 nominassecuncundum *R* 22 declinauerunt *BDHGLK* declinationem] *r* declinationum *R* 23 secuntur *RB* etiam in ius *om. B* 24 disinens in ius genitiuo *GL* 25 *Plaut. vidul. fr.* 5 *p.* 442 *Both. cf. lib.* VI § 32 26 reddibo *Hh* reddi. bodoni cum *K* 27 deiudicata *GLK cf. v. l. lib.* VI *l. l.* erit *codd. lib.* VI *l. l.* 28 so*leant *R* 29 alter] *r* altes *R*

p. 959. 60 P. p. 565. 66 K.

duo tantum in d finiunt ea: 'quis | quid', 'alius aliud'. 'alis' quoqu antiquissimi pro 'alius' protulerunt; eius genetivus rarus est in usu e cum debuit una syllaba vincere suum nominativum || et dativum, tame par est syllabis, sed producit i paenultimam semper. nec non etiam se cundum nominum secundae declinationis regulam in i quoque invenitu Marcus Cato de vestitu et vehiculis: nam periniurium siet cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur, ub datus sit, tum uti eos mutem atque alii modi sim. G. Lici nius in II: perversum esse, alii modi postulare Pyrrum i te atque in ceteris fuisse. Caelius in I: neque ipsi eos ali modi esse atque Amilcar dixit, ostendere possunt aliter idem in quinto: nullius alius rei nisi amicitiae eorum causa G. Caesar in Anticatone priore: uno enim excepto, quem aliu modi atque omnis natura finxit, suos quisque habet caros G. Fannius in I annalium: cum in vita agenda didicimus, multa quae inpraesentiarum bona videntur, post pessima invent et multa amplius alius modi atque ante visa essent. sed quo est mirum, feminini etiam generis genetivum quidam in i protulerunt Caelius in I: antequam Barcha perierat alii rei causa in Afri cam missus.

13 'Quis' etiam communis esse generis putaverunt vetustissimi, sicu apud Graecos τίς. Terentius in eunucho:

hunc oculis . .

1 De genitiuo nominis alius. *inscr. l* alis] *r* ali *R* 2 pro alius antiquissim *G* alius] *r* aliis *R* raro *H?* 3 nominatiuum suum *G* tamen *ex* tam *corr H* 4 etiam *add. r* 5 inueniuntur *L* 6 Marcus Cato] *r cum codd. lib.* VI § 36 *ubi cf. ann. (cui add. Iordanum quaest. Cat. p.* 54 *sq.), et* 82. *Ellendtio hist. eloq. R p.* CXVII *sq. ed. pr., Weicherto poet. Lat. rel. p.* 92. Marcus caelius (celius *B*) *R rell.; lib* VI § 36 *etiam* Cato in Marcum Caelium *commemoratur, ut inter describenda exempla illim petita error hic fortasse ipsi archetypo illatus sit* et de uehiculis *R* vehiculis] *d* ueicu-

lis *D* periniurium] *b* periurium *BHG* peiurium *L* 7 ab *RrD* 8 *C. Licini Macri ann. lib.* II *fr. v. lib.* VI § 36 G. Licinnius *Heidelb., Krehlius* I *p.* XXII Glicinius *r* C. Licinius *Weichertus l. supra l., de qua lectione si contulisset lib.* VI § 36 *e.* 82 *non dubitaturus erat Schweglerus hist. Rom.* I 92 *not.* 5 Quintus *rell.* 9 ali

D phyrrum *R* phirrum *G* purrhum *D* pyrrhum *Bh* phirrhum *KL* 10 *L. Caelii Antipatri ann. lib.* I *fr. p.* 190 *Kr. fr.* 6 *p.* 315 *Roth.* Coelius in prima *B* 11 hamilcar *DH* 12 *L. Caelii Antipatri ann. lib.* V *fr. v. lib.* VI § 36 in quinto] *r* in quinto

Hh quintus *RBDGLK* nullus *K* alii *L* amiciciae *Rr* 13 *C. Caesar in Anticatone priore v. lib.* VI § 36 caesar *om. K* antichatone *D* 14 atque] at *G* omnes *R* oms *L* caros] *r* karos *G* casos *R* 15 *C. Fannii ann. lib.* I *fr. p.* 173 *Kr. fr.* 2 *p.* 311 *Roth.* multaq; in presentiarum *B* 16 pessima] *addidi*, mala *Rothius, num* pestima? 17 alius modi *ex* ali** modi *corr. B* atque *in litura d* 18 quidem *B* 19 celius *R* Coelius *B* *L. Caelii Antipatri ann. lib.* I

fr. p. 190 *Kr. fr.* 7 *p.* 315 *Roth.* in I *om. G* Africam] *r* africa *R* affricam *H* affricam *K* 20 misus *LK* 21 esse] *r* est *R* 22 τίς] *r* ειc *R* octic *GL, qua lectione coni. suam ad Apoll. de pron.* 35 *B* 3 *tuetur Bekkerus ed. suae p.* 165 *Ter. eun.* IIII 4, 10 *sq.* in eunucho *om. G* iunucho *K* 23 oculis suis *Terentius*

p. 980. 61 P. p. 566. 67 K.

Nostrarum † quisquam non vidit, Phaedria,

'nostrarum quisquam' dixit pro 'quae|quam'. Plautus in aulularia:

Dic mihi, si audes, quis ea est, quam vis ducere uxorem?

et obliquos eius casus tam secundum tertiam quam secundam declinationem terminabant, unde nunc quoque accusativus masculini in em secundum tertiae proportionem profertur, quamvis feminini in am, ut 'quem quam', ablativus quoque non solum in o, sed etiam in i: 'a quo' vel 'a qui' et 'a qua' vel 'a qui'. Virgilius in XI:

Accam ex aequalibus unam,

Quicum partiri curas,

pro 'quacum'. Terentius in eunucho:

Quicum? - Cum Parmenone.

nominativum quoque pluralem non solum in i et ae, sed etiam in es, 'qui, quae', vel 'ques', accusativum etiam 'quos, quas' vel 'ques', ut Pacuvius in Medo:

ques sunt isti?

Cato: quescumque Romae regnavissent. Accius in Neoptolemo:

Sed quesdam.

nam dativum et ablativum nunc ‖ quoque tam per is quam per bus proferimus, 'quis' vel 'quibus'. sciendum autem, quod 'qui', quando pro interrogativo vel infinito, id est pro 'quis' ponitur, circumflectitur, quando autem pro relativo, acuitur per se, in lectione vero gravatur. similiter 14 obliqui casus generalem accentuum regulam servant, quando sunt infinita vel interrogativa, quando vero relativa, acuuntur per se, idem in lectione gravantur per omnes syllabas.

Quaeritur in hoc modo declinationis, cum omnis dativus una syllaba

1 nostrum *Bemb. m. alt. corr.* quisquam non] numquam quisquam *Terentius* ˢ *post* quisquam: non — quisquam *om. R add. r* phedria *HGKr* phoedria *B* pedria *L* 2 dixit quisquam *L* pro] *d* per *D* *Plaut. aulul.* II 1, 48 *cf. G. I. Vossius de anal.* IIII 28 *p.* 247 *ed.* 1635, *Bondamus var. lect. p.* 314 (*vidul. fr.* 4 *p.* 441 *Both.*) in aulularia *om. G* audularia *H* uidularia *RBD* 3 mihi] *r* mi *R* si audes] *sic etiam schol. Pers.* 3, 89 quaeso *libri Plautini* quis] quae *schol. Pers. l. l.* ducere uis *schol. Pers.* 4 eius] eī *H* quam secundum secundam *GK* 5 em] .m. *R* 6 proportionem] *r* propartionem *R* femininum *L* femini *K* 7 quoque *om. L* 8 *Verg. Aen.* XI 820. 822 9 eccam *ex corr. h* saccam *Pal.* una (*sic*) quicum *in lit. B* 10 qu••cum *Pal.* quacum *m. alt.* partiri] *d* partyri *D* 11 *Ter. eun.* IIII 4, 31 eunocho *G* iunucho *K* 12 Quicum? *om. D* qui *add. d* Qui cum ete cum Parmenone *K* ? Cum *om. BGL* 13 et ae] et e *H* et in ae *R om. LK* 14 accusativum] *d* Accusatiuus *D* *Pacuv. Med. fr.* 19 *p.* 133 *Both. fr.* III *p.* 87 *Ribb. cf. Charis. p.* 70. 108 *P.* 91. 133 *K.* ..ques sunt is? - Ignoti, néscio ques ignóbiles. 16 quæs *B* q̄ *L et cod. Char. p.* 70 ques sunt isti] q. s̄. suntis *cod. Char. p.* 108 *cf. Ritschelium ind. lect. Bonn. hib. a.* 1855/6 *p.* VII isti] *om. cod. Char. p.* 70 *P.* 17 *M. Catonis origg. lib.* II (*v. Charis. p.* 70 *P.* 91 *K.*) *fr. p.* 107 *Kr. fr.* 34 *p.* 274 *Roth. fr.* XXXVI *p.* 36 *Wr.* Quescunque *LK* regna uidissent *D* Actius *L* *Accii Neoptolemi fr.* 14 *p.* 224 *Both. fr.* XIII *p.* 167 *Ribb.* 19 quam] tam *G* 21 infinitiuo *K* circunflectitur *L* 22 relativo] *r* relauo *R* accuitur *G* 23 accentum *G* 24 accuntur *G* accuuntur *H* idem] id est *BDLK et in rasura G* 26 De datiuo quis et hic et is *inscr. l*

p. 961 P. p. 567. 68 K.

minor sit genetivo _ 'illius illi', 'istius isti', 'ipsius ipsi', 'unius uni', 'soliu soli', | 'utrius utri', 'alterius alteri' _, an 'huius huic', 'cuius cui', 'eius ei monosyllaba sint accipienda in dativo, quod regula exigit et plerique poe tarum metris comprobant, ut Virgilius in IIII Aeneidos:

Cuique loci leges dedimus, conubia nostra
Reppulit,

idem in I georgicon:

Huic a stirpe pedes temo protentus in octo,

et ubique hoc servat. inveniuntur tamen, sed raro, bisyllaba, et maxim 'ei' differentiae causa, ne interiectio esse putetur, quod de nomine quoqu tractantes memoravimus. unde pluralis etiam dativus et ablativus secundu analogiam in ius terminantium genetivum singularem, quorum dativus singu laris in i terminans et pluralis in is desinens pares habent syllabas, 'ei' 'eis' vel 'iis', ut 'cui', 'quis', 'huic', in quo c per adiectionem differentia causa accedit, 'his', quamvis et 'hibus' pro 'his' antiqui protulerunt Plautus in Curculione:

Eodem hercle vos †paro et pono, parissimi estis hibus

quod per diaeresin autem 'ei' et 'eis' invenitur bisyllabum, ostendit Iuve nalis in V:

Implet et ad moechos dat eisdem ferre cinaedis.

Statius quoque 'huic' videtur protulisse per diaeresin in primo silvarum

Laetus huic dono videas dare tura nepotes.

idem in eodem:

Falsus huic pinnas et cornua sumeret aethrae.

'cui' quoque Terentianus de literis:

Verum ut cuique est proximitas loci sonive;

est enim Sotadeum ex duobus ionicis a maiore et tribus trochaeis. in eodem

2 alteri* *B* 3 sit *B* sunt *G* 4 *Verg. Aen.* IIII 213 *sq.* in IIII. in aenei dos *G* 5 connubia *G* 6 repulit *GLK* 7 *Verg. georg.* I 171 8 a[b] *Mec* potentus *H* 9 bisillaba *L* bysyllaba *Db* bysyllab* *B* bisyllabae *r* 11 ablati uus * secundum *R* 14 uel is *L* ut] et *B* 15 caussa *R* accidit *RBGL* 16 Plautus] *g* plutus *G* *Plaut. Curc.* IIII 2, 20 Curculione] *r* cusculione *l* 17 ercle *D* hercle vos] erclebos *L* aerclebos *G* ercie os *K* paro] *r* par pro hi *R* pono et paro *Plautus* hibus] *sic etiam Plauti vetus*, *al.* hibus pro his *R* hibu *Gg* ibus *al. codd. Plaut.* 18 autem *del. r* bisillabum *GL* bysyllabum *D* bisylla bum *K* *Iuv. sat.* V 14, 30 *cf. lib.* VII § 15 20 mechos *LKr* mecos *R* eis dem] *r* eis *R* cinedis *RB* cynedis *D* 21 *Statius silv.* I 1, 107 quoque in prim at sillabam huic *R* dyheresin syllabarum: Laetus *Rr* diaeresim syllabarum in primo Syl. *α* prima sillabarum *L* prī syllabarum *B* prima syllabarum *DHGK* primo syllabarum 22 tura] *G* iura *BDHLKr cum Stat. Vratislav. al.* iure *R* 23 *Stat. silv.* I 2 135 24 falsas *v. l. codd. Stat.* pennas *DGL*, *edd. Stat.* pennis[a] *H* cornu *t* sumere thętre *B* sumere taethrae *GL* sumere tethrae *K* sumere taetrae *H* aetra[h] *R* aetrae *D* 25 cui quoque] cuiquae *Rr* terrentianus *GL* *Terentian. Maur. v.* 183 *p.* 2387 *P.* 26 loci sonive] *Terentianus* locis oriri *codd. Prisc.* 27 sotadeum *RH* sotadoeum *D* et] *r* ex *R om. D* trocheis *GLK* throcheis *R* trocei[h] *D* *Terent. Maur. v.* 234 *p.* 2388 *P.*

p. 961—63 P. p. 568—70 K.

Ex ordine fulgens cui dat nomen sinopes. ||

Tertius modus declinationis pronominum est, qui sequitur per omnia 16
mobilium declinationem nominum, | 'meus mea meum', 'tuus tua tuum', 'suus sua suum', 'noster nostra nostrum', 'vester vestra vestrum'. notandum tamen, quod 'meus', cum secundum regulam vocativum deberet facere 'o mee', euphoniae causa duas e breves in i longam convertit. Terentius in adelphis:

o mī Aeschine,

O mī germane.

idem in eunucho:

Eho, Parmeno mī, nostin?

adeo autem masculini est vocativus possessivi, et non genetivus vel dativus primitivi per syncopam, quod quibusdam videtur, quod numquam vocative positum feminino vel neutro adiungitur. cuius quidam nominativum etiam in 'ius' dixerunt, quod et Charisius et Celsus ostendunt.

Quartus modus est, qui sequitur per omnes casus tertiae declinationis nomina, 'nostrâs nostrâtis', quod ideo in extrema circumflectitur syllaba, quod per syncopam profertur; vetustissimi enim similem genetivo nominativum quoque proferebant.

'O' non esse pronomen, multis modis ostenditur. nam ex quo sit IIII 17
nominativo? 'tu' enim, quod est secundae personae, eundem habet nominativum et vocativum, qui assumit 'o', ut 'o tu'. 'hic', 'haec', 'hoc' tertiae sunt personae, quae caret vocativo.

Non est igitur pronomen: nec articulus vero, cum semper in demonstratione ponitur 'o', quae contraria est relationi, quam articulus significat. deinde articulum Romani non habent. nam 'idem', quamvis ὁ αὐτός, quod est articulus praepositivus cum pronomine, significet, apud nos tamen non ex articulo et pro||nomine componitur, quemadmodum apud Graecos, sed ex pronomine et ad|verbio, 'is' et 'demum'. 'qui' quoque, ὅστις, significatione interpretationis videtur habere articulum subiunctivum, simplex ta-

1 fulgens] pulvis *Ter. ed. princ.* nomen] locum *Terentianus* sinophes *h* sinopis *Terentianus* 2 De tercia declī pronominis *inscr. l* est declinationis pronomiuum *G* 5 deberet] *h* debet *H* eufoniae *G* 6 duas ee *r* *Ter. adelph.* II 4, 4 *sq.* 7 aeschine *K* eschine *BL* escinae *D* 9 *Ter. eun.* II 3, 60 eunocho *G* iunocho *K* 10 eho] heu *LK* parmen.omi *B* nostin] *r* nostim *R*

12 quod quibusdam] *b* qu** quibusdam *B* 13 femino *R* etiammios *D* 14 in ius] *r* in ios *RH* mius *K* mius uel mios *B* charissius *Rr* carisius *D* carisius *GLK* *Charisius p.* 133 *P.* 159 *K.* caelsus *K* caelsus *L* 15 De quarta declī pronominum. *inscr. l* 16 circunflectitur *L* 19 De eo quod non sit o pronomiuis uocatiuus. sed uocantis aduerbium *inscr. l* pronomen nec (uel *Heidelb. teste Lind.*) articulus (articulum *h* (*non H*) *Heidelb. aliique codd. Krehlii*) *libri* 21 adsumit *B*

hic ** haec ** hoc (et—et) *K* 22 caret *D* 24 contrario *D* quam] *r* quem *R* 25 habebant *H* nam] *r* Non *R* ὁ αὐτός] *add. d* ωυτος *B* 27 quaemadmodum *H* quemammodum *BL* 28 ὅστις] *add. d* significatione*(m) *H* significationē *B* 29 interpretationis] *h* interp̄tatione *RrD* interpretatione *H et ex* interpretationē *corr. B* subiunctum *H* subiunctatiuum *K*

p. 963. 64 P. p. 570 K.

men est nomen apud Latinos, quomodo plurima quoque alia inveniuntur apud nos simplicia, quae apud Graecos composita sunt, ut 'felix' εὐτυχής, 'sanctus' ἐναγής, 'pius' εὐσεβής, et alia mille. non tamen ideo significationem Graecam attendentes debemus ea composita dicere vel quae ex contrario inveniuntur simplicia apud illos, apud nos composita, ut 'incestus' μεμολυμμένος, 'ineptus' μωρός, 'superfluus' περιττός, sicut et multa alia. sine dubio igitur 'o' adverbium est vocandi et optandi, est etiam interiectio.
18 nihil tamen interest inter 'o', hoc est vocativum, et 'heus'. quomodo enim dicimus 'heus iuvenes', sic 'o iuvenes'. itaque omnibus vocativis praeponitur: 'o tu, o mi, o noster', quippe adverbium vocandi, quod nulli alii casui nisi vocativo huiuscemodi adverbia possunt adiungi, sicut etiam verba secundae personae, ut 'venisti ad me Virgili', et pronomina, 'fecisti tu Homere, venisti tu Terenti', nisi cum substantivis vel vocativis adiungantur verbis. tunc enim etiam nominativis utimur, quomodo et in prima et in tertia persona, ut 'tu es doctus, ego sum prudens, Priscianus ego vocor, tu vocaris Herodianus'.

Male igitur quidam secundam personam nominativum non putaverunt habere. si enim nomina, quae semper tertiae sunt personae, tamen, si cum supra dictis verbis sint iuncta, possunt etiam primam et secundam significare, ut 'Socrates sum, Socrates es, Socrates est; Socrates vocor, Socrates vocaris, Socrates vocatur', quomodo non in pronominibus quoque, quae maxime discernunt personas, accipiamus nominativum etiam in secunda persona: 'ego sum bonus, tu es bonus, ille est bonus'?

19 Non igitur nominativi nominum vel participiorum semper tertiae sunt personae, sed quando carent substantivo verbo vel vocativo. nemo || enim recte dicit 'Apollonius ambulo, Aristophanes ambulas'. pronomina enim primae et secundae personae ideo maxime accipiuntur, ut loco propriorum fungantur nominum cum verbis earundem personarum, ut 'ego ambulo, tu ambulas'. itaque loco tertiae personae melius nomen ponitur, et maxime si |

1 nomen est *BG* apud Latinos quomodo nomen *K* 2 ut felix—εὐσεβής] *in mg. add. d* sanctus ſiue pius *D del. d* ΕΥΤΙΧΗΣ *B* 3 ἐναγής] *Bekkerus ad Apollon. Dysc. de pronom. p.* 193 ΑΓΙΟΣ *libri praeter D* ΕΥCΗΒΗC *GLK* ΕΥCΕΒΙC *d* 4 Debemes *H* quae *om. R add. r* 6 ΜΕΜΟΛΥΜΕΝΟC *DL* ΜΕΜΟΛΥΜΗΝΟC *G* ΜΕΜΟΛΙCΜΕΝΟC *B* μωρός] *r* ΜΟΡΟC *RHGLK* ΜΟΩΡΟC *B* περιττός] *r* ΠΕΡΙΤΟC *R* ΠΗΡΙΤΤΟC *d* peritos *D* ΠΕΡΙΠΤΟC *K* ΠΕΡΙΚΤΟC *B* 7 est uocandi *in mg. add. b* ***tandi *B* & obtandi *b* 8 heus] *h* eius *ni f. H* 9 iuuenis *K* iuuenis *DG* iuuenis *DGL* 10 Quippe est aduerbium *K* aduerbium est *B* 11 sicut] . Sic *B* 12 me ut uirgili *K* fecisti me homere *L* 13 adiunguntur *r* 14 enim *om. D* etiam *add. k* 15 p̄scianus *GK* 17 De eo quod nominatiui ad secundam aliorum uerborum personam adiungi possunt. *inscr. l* secundam] *d* secundum *D* 20 es] *b* est *B* 21 socatres uocaris *Rr* socratis uocaris socratis uocatur *B* quoque *add. r* 22 maximae *RDH* accipimus *H* accipiemus *K* 23 persona *om. H* 24 //. tertiae sunt personae/. semper *Gg* personae sunt *DHK* 25 substantiuo uerbo *K* 26 dicit° *b* appollonius *RHGL* appolonius *K* aristhophanes *B* aristofanes *GK* Nomina *B* 28 earundem] *g* earundam *G* 29 personae *om. K* maximae *RH*

p. 964. 65 P. p. 571 K.

abest: 'ego facio, tu facis, Tullius facit', nisi vel praesens sit iuxta et demonstrative hoc ipsum volentes indicare dicamus 'hic' vel 'iste', vel longe videatur et dicamus 'ille', vel, si absit, quasi de iam cognito utamur relativo 'is', dicentes de quo iam novimus aliquid vel locuti ante sumus. cum igitur semper in demonstratione sit prima et secunda persona, hoc autem nominis careat nominativus, iure ad tertiam retruditur personam. substantivis autem et vocativis solis ideo adiunguntur verbis et primae et secundae personae nominativi nominum, quod videntur ipsa haec verba vim demonstrativam habere. ostendunt enim substantiam ipsarum personarum vel nominationem, in qua similiter substantia demonstratur, nec egent pronominibus, quae demonstrationem substantiae significant.

Cum igitur omnia quae sibi coniunguntur in diversis posita personis casualia, sive disiungantur seu copulentur, eundem servant casum, vocativus hoc solus servare non potest. dicimus enim 'vel Probus vel Donatus, et Priscianus et Theoctistus, et ego et ille, vel mei vel tui, et mihi et tibi, vel me vel te, et a me et a te'; vocativus autem, nisi in una eademque persona conferantur diversa nomina, iungi non potest, ut 'bone et caste et formose'; quia enim alia persona hunc casum habere non potest nisi secunda, eo diversas iungere personas non possumus, ceteris vero casibus diversas personas iungimus, quippe cum in omnibus illi inveniuntur personis. ergo quando dicimus 'et ego et ille et tu', sine dubio nominativus est 'tu'. idque maxime dinoscitur in plurali numero, quod pluralia conceptionem habent personarum. ergo quando dicimus || 'ego et tu docti sumus', sine dubio 21
'tu' nominativus intellegitur, et quod pronomina isdem casibus adiungun-
tur in nominibus: 'ego Virgilius, tu Virgilius, ille Virgilius; mei Virgilii, tui Virgilii, illius Virgilii', et quod ad interrogationes nominativi redduntur: 'quis scripsit? ego', 'quis scripsit? tu', 'quis scripsit? ille'.

Et quicquid habet vocativum, hoc et nominativum habet, quicquid autem nominativum, non omnimodo et vocativum neque enim interrogativa nomina nec infinita nec abnegativa nec distributiva vel impertitiva nec relativa, quae

1 facit] *b* faci* *B* et *add. r* 2 uolentes indicare uolentes *K* indicare] *r* indicar* *R* 3 uideatur longue *K* coguito] *g* cognato *G* 4 nouimus] nouū *GLK* loquuti *D* 5 semper *om. G* in demonstratione semper *K* 6 caret nominis *L* caret *G* 7 vocativis] *r* uocatiui *R* 8 nominativi *om.*, nominum — habere *supra post* vocativi *exhibet R, del. et* nominatiui — habere *post* personae *add. r* 12 De eo quod uocatiuus uocatiuo in diuersis personis adiungi non possit *inscr. l* 13 siue disiunguntur siue *H* desiunguantur *K* 15 uel p̄scianus et *L* p̄scianus *G* Theoctistus] theocistus *L* theotistus *BK* theottistus *R* theocthistus *H* teocthistus *D* et *ante* ego *om. B* 16 et a te et a me *GL* „et a te „et a me *K* 17 conferatur *B* 18 formonse *b* quīa] *r* qui *R* 19 personas iungere *B* possimus *K* 20 *om*nibus (n — i) *R* *ominibus (n) *L* 21 et ille et ego *L* et ego et ille et tu] *r* ego et tu docti sumus *R* dubio est nominatiuus est *G* nominativus] *b* nominatiuū *B* *post* nominativus: est tu — nominatiuus *om. R add. r* 23 ego et docti *r* 24 iisdem *B* hisdem *GLK* 25 in *om. RBDH* 26 ad *add. r* 27 qui scripsit? tu *R* qui scripsit? ille *H* 30 infinitiua *GLK* uel *in litura k* inpertitiua *k* imperatiua *LK* impertiua *k* impertita *RG* inpertita *BDH* quae *ex* quia *corr. H*

p. 965. 66 P. p. 571. 72 K.

omnia carent demonstratione, vocativos pollicentur, ut 'quis' vel 'qui, qualis, talis, quantus, tantus, alius, nullus, alter, alteruter, uter, | uterque, singuli, bini, terni, quaterni' et similia, nec primae et tertiae personae pronomina. cetera vero nomina per vocativos casus, etiam si sint appellativa, loco propriorum funguntur, cum demonstratio ipsa definit praesentem secundam personam et habet in se vim et significationem pronominis 'tu' vocativi.

Illud etiam sciendum, quod omnia pronomina apud Latinos absoluta sunt et tam praepositiva quam subiunctiva rectique accentus, id est *ὀρθοτονούμενα*, cum apud Graecos sint quaedam inclinativa, ut *μοῦ*, *μοί*, *μέ*,
V 22 'ego dico, dico ego; tu dicis, dicis tu; ille dicit, dicit ille'; absoluta autem dicuntur, quae cum aliis sociari possunt vel non; nam dicendo 'ego dico' possum et solus intellegi et cum alio. solet tamen met addita plerumque significantiam vel discretionem ostendere, quam Graeci *διαστολήν* dicunt: 'egomet', ego et non alius. nec non etiam 'ipse ego' vel 'egomet ipse', ut Terentius in adelphis:

Egomet rapui, ipse egomet solvi argentum,

id est ego et nullus alius.

'Sui' solum apud Latinos reciprocum fit in eadem tertia persona, quod Graeci *ἀντανάκλαστον* vocant, id est quando ipsa in se actum reflectit persona, ut eadem sit et agens et patiens, potest significare *ἑαυτοῦ* 'sui'. nam τὸ '*ἐμαυτοῦ*' et '*σαυτοῦ*', quod est primae et secundae personae, non || habemus, sed pro eis simplicibus primitivis utimur, quae tam in reciprocatione quam in transitione poni possunt, ut 'mei misereor' et 'mei misereris', similiter 'tui misereris' et 'tui misereor'. nec mirum, cum apud Graecos quoque vetustissimus omnium fere auctorum Homerus simplicibus utitur pro compositis, ut:

ἐμὲ λύσομαι

2 uter *om. D* 3 quaterni *in mg. add. K* 4 nomina] *r* pronomina *R* omnia *G* loca *D* 5 demontratio *R* secundam presentem *B* 7 De eo quod absoluta pronomina sint. *inscr. l* etiam *om. K* apud latinos *in mg. add. k* 8 sunt tam *D* orthotonumena *D* ΟΡΘΟΤΟΝΟΜΕΝΑ *K* orthotonomena *L* orchotonomena *G* orthonumena *B* horthonumena *R* orthonumera *H* 9 indeclinatiua *H* ut *μοῦ, μοί, μέ*] *om. D* ut MOY MOI ME *d* ut AMAOY. AMAOY. AMAE *GL* ut AMAOY AMAOYC AMAE *K* uel a 10 ut ego *Dr* Absoluta *ex* Absolute *corr. H* Absolute *Gg* Absolute *B* 11 possent *B* possint *GL* 12 solet] *k* s̄ et *G* ∗∗(s̄ &?) *K* tamen] autem *D* 13 *διαστολήν*] *r om. D* ΔΙΑCΘΟΛΗΝ *R* ΔΙΑCΤΟΛΕΝ *d* diastolen *B* 14 egomet ego et non *in rasura K* 15 *Ter. adelph.* IIII 4, 20 in adelphis *om. G* adelfis *H* 16 ipse egomet] *Terentius* ipse ego *libri Prisc.* 18 Sui hoc solum *B* 19 *Graeca hic et in sqq. usque ad libri finem om. D add. d* ΑΤΑΝΑΚΛΑCΤΟΝ *R* ΑΝΤΑΝΑΚΛΑCΤΟΝ *H* ΑΝΤΑΚΛΑCΤΟΝ *G* an∗∗naclaston(ta) *B* quando] *k* quod *K* flectit *H* 20 sit agens *r* satagens *R* *post* patiens: quae *ἰδιοπάθειαν* (ΙΔΙΟΠΑΘΙΑΝ *DLr* ΙΔΙΟΠΑΤΙΑΝ *R* ΙΔΙΟΠΑΤΙΑΝ *H* ΙΔΟΠΑΘΙΑΝ *G* ΙΔΙΠΑΘΙΑΝ *K* idiopathiā *B*) *add. libri* ∗ΑΥΤΟΥ *H* ΑΥΤΟΥ *B* ΕΑΥΤΟΝ *G* 21 *ἐμαυτοῦ*] *l* ΕΜΥΤΟΥ *L* ΕΑΜΥΤΟΥ *GK* *σαυτοῦ*] *r* CΑΥΕΟΥ *R* 23 in ∗∗transitione(re?) *B* mei misereor mei *G* 24 misereor] *b* m∗sereor *B* 26 homerus] *r* homorus *R* utitur] *rd om. D* utimur *R* compositiis *H* *Hom. Il.* X 378 27 *ἐμὲ λύσομαι*] *l* ΕΜΕΑΥCΟΜΑΙ *R* ΕΜΕΑΙ CΟΜΑΥ *B* ΕΜΑΥ. CΟΜΑΥ *D* ΕΑΜΑΕΑΥCΟΑΜΑΑΥ *G et in litura L* ΕΑΜΑΕΑΥCΟΑΜΑΑΙ *K*

p. 966. 67 P. p. 572. 73 K.

pro ἐμαυτόν. 'sui' quoque tam ἑαυτοῦ quam οὗ significat, quod semper est relativum. nec mirum, cum hoc quoque apud Homerum inveniatur saepe simplex pro composito, ut:

Πρόσθεν ἔθεν φεύγοντα,

id est 'ante se fugientem', αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ dixit.

Nominativum autem ideo non habet hoc pronomen (id est 'sui sibi 23
se a se') | quia necesse est, quando τὸ 'ἑαυτοῦ' significat tam actionem quam passionem, in eadem intellegi persona. non aliter igitur potest proferri is, in quem aliquid agitur, nisi per obliquos casus. evenit enim, ut a nominativis actus proficiscentes ad obliquos sive in transitione personarum intellegantur sive in una eademque persona. in transitione, ut 'Aristophanes Aristarchum docuit, ego te honoravi, tu mihi dixisti'; et per sola quoque verba nominativus intellegitur et transit rursus ad obliquos, 'dedi tibi, honoravi te'. in una quoque eademque persona hoc idem fit, ut 'Phemius se docuit', docendi enim transitio non ad alteram fit personam, sed ad ipsum Phemium reciprocatur, 'Aiax se interfecit', rursum enim 'interfecit' ad ipsum Aiacem reciprocatur. huiuscemodi igitur structuris primitivorum pronominum cum verbis accidit, una eademque voce et transitivam demonstrare personam et reciprocam. unde Homerus quoque, antiquitatis auctor, in simplicibus semper pronominibus et intransitivas ponit, ut dictum est, personas et transitivas, ut

ἐμὲ λύσομαι

pro ἐμαυτόν, unus enim et idem loquitur; ἐμέ autem ἔγνω transitive: alter enim cognovit et alter est cognitus. postea iuniores addiderunt composita 24
pronomina, quae intransitivas significarent personas, simplicibus vero usi|| sunt transitivis. itaque αὐτοπαθεῖς compositas, id est 'ipsas agentes easdemque patientes' dixerunt, illas vero, hoc est simplices, ἀλλοπαθεῖς, hoc est 'in alias passionem facientes' nominaverunt. iure igitur nos, qui in

1 ἐμαυτόν] *l* ΕΜΑΥ͂ΤΩΝ *Rr* ΜΑΥΤΟΝ *GK* emaithon *B* ΜΑΙΤΟΝ *L* ΕΑΥΤΟΝ *GL* οὗ] *R* ΑΥΤΟΥ *in mg. add. r* 2 quoque *om. G* inuenitur *GL* 4 *Hom. Il.* V 56. 80 ΠΡΟΘΗΑΥΤΟΥ· ΕΕΗΦΕΥΓΟΝΤΑ *H* ΠΡΟCΘΕ ΗΕΘΕΝ ΑΥΤΟΥΦΕΙΓΟΝΤΑ (ΑΥΤΟΥ *in mg. add.*) *K* ΕΘΕΝ *ex corr. r* ΕΝΘΕΝ *cod. Apoll. de pron. p.* 55 *A* 5 ΦΕΙΓΟΝΤΑ *R* ΦΕΙΤΟΝΤΑ *BL* 5 αὐτοῦ] ξθεν *α* 7 ἑαυτοῦ] *r* ΕΑΥΤΟ*(Ν *ni f.*) *R* ΕΑΥΤΟΝ *HGL* 8 personam *Dd* non] Nec *L* 9 per obliquos] *g* per oblicos *G* 10 proficiscentis *B* ad obliquos casus *R* *post* transitione *sqq. usque ad* transitione *om. R add. r* 11 cadenque *K* In transitione personarum ut *GLK* arsthophanes *D* 12 aristharcum *R* aristarcum *D* Et persona quoque uerbi *GLK* 13 et transit] *r* in transitu *R* 15 femius *BGL* docendi] *r* docendo *RB* fit *in litura r* 16 femium *BDL* rursus *BDHGLK* 20 pronominibus et intransitivas] *r* pronominibus intransitiuas *R* 22 *Hom. Il.* X 378 *v.* § 22 ἐμὲ λύσομαι] *l* ΕΜΕ*ΥCΟΜΑ* (Α—Υ?) *L* ΕΜΟΑΥCΟΝΑΥ *B* ΕΜΑΥ.CΟΜΑΥ *D* ΑΥCΟΜΑΙ *Hr* ΑΥCΟΜΑΥ *RGK* 23 ἐμαυτόν] *r* ΕΜΑΙΤΟΝ *R* *post* loquitur *in mg.* intransitiue *add. l* *Hom. Od.* XI 91 ἐμὲ δ' ἔγνω *cf. ibid.* 390 ἔγνω δ' αἶψ' ἐμὲ κεῖνος ΕΜΑΕ *L* ΕΜΑΕ *GK* ΕΜΕΑΥΘΕΓΝΩ *d* ΕΜΕΑΥΤΟΝΕΓΝΟ *B* et ΝΩ *RG* ΙΝΩ *L* ΓΝΩ *l* et ΗΩ *K* 24 cognoui *B* est *om. G* postea uero *BDHGL* addiderunt] *h* addiderant *HGK* addidere *L* 25 in pronomina *Rr* quae] *d* qui *D* significare *B* 26 ΑΥΤΟΥΠΑΘΕΙC *r* ΑΥΤΟΥΔΑΕΕΙC *R* ΑΥΤΟΠΑΘΕΙC *H* ΑΥΤΟΘΙC *GLK* adgentes *D* 27 ΑΛΟΠΑΘΕΙC *HGK* ΑΛΑΠΑΘΕΙC *L* allopateis *B* 28 aliis *H*

p. 967 P. p. 573. 74 K.

plerisque antiquitatem servavimus Graeciae, in pronominibus quoque secundum Homericam auctoritatem simplicibus utimur etiam pro compositis, id est non solum cum in aliam personam agit, sed etiam cum ipsa in se. in aliam, ut Virgilius in IIII Aeneidos:

cui me morituram deseris, hospes?

Terentius in adelphis:

facio te apud illum deum.

in se idem in Andria:

Nec quid nunc me faciam scio.

idem in adelphis:

Edepol, Syrisce, te curasti molliter.

Quaeritur igitur, cur, si 'mei' pro ἐμοῦ et ἐμαυτοῦ et 'tui' pro σοῦ et σεαυτοῦ accipiantur, tamen nominativos habeant, 'sui', cum pro οὗ et ἑαυτοῦ accipiatur, non habeat nominativum? ad quod multa sunt dicenda. primum quod, si loco aspirationis, ut supra diximus, quae est in principio tertiae personae apud Graecos, id est ῾, s praeponeretur nominativo, esset dubitatio ad coniunctionem 'si'; quomodo enim οὗ 'sui' et οἱ 'sibi' et ἕ 'se', sic nominativus ῾ 'si' debuit esse. et in aliis enim dictionibus quibusdam solent Aeolis sequentes vel in digamma vel in s convertere aspirationem: ἥμισυ 'semis', ἕξ 'sex', ἑπτά 'septem'. et fortasse ideo ex eo per anastrophen factum est 'is' aliud pronomen, quod propterea puto et relativum esse, quomodo ῾ apud Graecos; deinde quod huius ipsius, id est ῾ nominativi, rarus est etiam apud Graecos usus; postremo quod numquam potest hoc pronomen inveniri (hoc est 'sui sibi se a se') sive recipro-

Artis prisciani caesariensis u. d. gram̃ urbis romae constantinopolitan̄ | liber XIII explicitus de pronomine | Incipit liber XIIII de praepositione *R* ARTIS PRISCIANI CESARIENSIS VIRI DESERTISSIMI GRĀMATICI VRBIS ROME CONSTANTINOPOLITN̄ LIB. XIII. EXPLICIT DE PRONOMINE. INCIPIT LIB̄ XIIII. DE PREPOSITIONE. *B* artis prisciani caesariensis uiri dissertissim. grammatici urbis rome constantinopolitane. liber XIII exciplit de pronomine. incipit liber XIIII de prepositione. *D* ARTIS PRISCIAN̄ CAESARIENSIS VI GRĀMATICI. VRBIS ROM̄ CONSTANTINOPOLIN̄. LIB̄. XIII. EXPLICIT DE PRONOMIN̄. INCIPIT LIBER .XIIII. DE PRAEPOSITIONE. *H* Eleua artis p̄sciani caesariensis u. d. grámatici úbis romae constantinopolisi ·N· liber XIII explicuit de pronoe. | INCIPIT XIIII DE PREPOSITIONE. *L* finit...Eleua artis p̄sciani cesariensis u. d. grammatici urbis romae constantinopoli. N̄ liber XIII explī de promine.. | incipit liber XIIII de prepositione *K* *subscr. caret G*

LIBER QVARTVS DECIMVS.

p. 973—75 P. p. 581. 82 K.

DE PRAEPOSITIONE.

I 1 Quoniam dè omnibus, ut potui, declinabilibus supra disserui, id est de nomine et verbo et participio et pronomine, nunc ad indeclinabilia veniam, quae iure extrema ponuntur: ea enim sine illis sententiam complere non possunt, illa vero sine istis saepissime complent. itaque cum mihi bene videantur praepositionem ceteris indeclinabilibus Graecorum doctissimi praeposuisse, et maxime Apollonius, cuius auctoritatem in omnibus sequendam putavi, ego quoque ab ea incipiam. nomini enim, quae principalis est omnium orationis partium, et ceteris, quae casus ad nominis similitudinem sumunt, praeposita vim potest sibi dictionis defendere, aliis vero, id est carentibus casu, adiuncta unitur cum eis iusque dictionis proprium perdit.

Est igitur praepositio pars orationis indeclinabilis, quae praeponitur aliis partibus vel appositione vel compositione.

Est autem quando per appositionem prolatae praepositiones | praepostere ponuntur, || poetica plerumque auctoritate; nam sine metris scribentes rarissime hoc invenies facere nisi in 'cum', quae solet quibusdam
2 pronominibus apud omnes similiter postponi. quando autem ordinem mutant, mutant etiam accentum, nisi differentia prohibeat, quod etiam coniunctiones apud Latinos praepositivae vel communes, si postponantur, facere solent, ut 'igitur, quoniam, saltem'; praepositae autem gravantur omnibus syllabis, postpositae acuuntur in principio.

Sed hoc interest inter praepositiones et coniunctiones, quod coniunctiones praepositae numquam componi possunt cum declinabilibus nisi infinitis, ut 'si-

2 diserui *GL* deserui *K* 3 nomine] pronomine *G* ad] *d* et *D* 6 bene mihi *BHLK* gr⁎aecorum *L* 7 Apollonius] *cf. de synt.* I 3 *p.* 17, 18 *sqq. Bk. coll. Lud. Langio das System der Syntax des Apollonios Dyskolos p.* 8; appollonius *RHGLK* 9 partium orationis *G* 10 praepositiua *GK* 11 uero *om. K* unitur] utitur *d* 13 pars *ex* pras *corr. D* 15 praeposterae *DL* 16 plerumque] *h* p⁎⁎rumque *B* 17 inuenias *BGLK* solet in quibusdam *R* 18 ordinem mutant] *h* ordinem mut⁎u⁎ *H* 21 sal⁎tem *B* saltim *K* praepositiuae *K* autem] enim *BD et in ras. h* 22 postpositae] praepositae uel postpositae *g* 23 et con⁎⁎⁎iunctiones *B* 24 praepositiuae nunquam *GL* cum — nequa *uncis incl. et* magistri glosa habuit s. cum uerbis quia ipsa in infer⁎⁎⁎ibus(ior?) s̄ et praepositiones quidem antecasuales et cetera *spscr. r* nisi (*add. h*) cum declinabilibus (diclinabilibus *K*) his *BDHGLK*

p. 975. 76 P. p. 552. 53 K.

qua, nequa', praepositiones vero, quamvis in transitione ponantur personarum separatae, id est per appositionem prolatae, non coniungunt duas substantias cum uno accidente, quod est proprium coniunctionis, ut 'ego et tu facimus', 'homo et taurus arant', vel duo accidentia cum una substantia, ut 'scribit et legit homo' vel 'iustus et fortis homo'. et ut hoc ipsum plenius absolvam, non copulat praepositio duas casuales dictiones vel duo adverbia cum uno verbo, ut 'ego et tu facimus', 'doctus et sapiens fuit Cicero', 'bene et splendide loquitur', vel duo verba cum una casuali vel uno adverbio: 'vir docet et docetur', 'recte scribit et legit'. et praepo- 3
sitiones quidem ante casuales tam in compositione | quam in appositione ponuntur, coniunctio vero nisi in appositione praeponi aliis partibus non potest, nec supponi quidem, excepto 'que', ut 'ubique, plerumque, undique, uterque', in quo tamen possumus additionem magis vel derivationem que syllabae, quomodo ce quoque solet fieri, factam accipere, quam coniunctionem esse, cum nec significationem suam coniunctionis servat nec legem inclinationis in omnibus: 'undique, utique'. derivativa autem per additionem finalis alicuius syllabae apud Graecos quoque solent inveniri, ut οὐρανός οὐρανόθεν, ἔξω ἔξωθεν, Ἀθῆναι Ἀθήνηθεν. sic igitur || 'uter uterque, ubi ubique, unde undique, plerum plerumque, quis quisque, utrum utrumque'. nihil mirum tamen, coniunctionis similem syllabam que addi, cum apud Graecos quoque δέ in eundem modum in fine additur nec tamen coniunctio accipitur, ut ὅδε τουδε τῳδε.

Sed redeamus ad differentiam coniunctionum et praepositionum. con- 4
iunctio praeponitur etiam carentibus casu per appositionem solam, cum contra praepositio per compositionem dumtaxat potest illis praeponi.

Sunt autem vel unius syllabae praepositiones vel duarum vel trium.

Et adverbia quidem derivativa possunt esse, praepositiones vero positivae sunt omnes, si sequimur Graecorum auctoritatem. itaque 'adversum,

1 praepositiones vero] praepositiones uero (ę) *Hh* Nec praepositiones uero *K* nec praepositiones *G et in* praepositae uero *corr. L* 2 separate *Bh* non *om. HGLK add. h* 3 coniuntionis *R* 4 arant *ex* amant *corr. L* duo] *r* dua *R* ut et scribit et *B* 5 iustus] *d* iustis *D* plenius plenius *Rr* planius *BDHGLK* 6 absoluam *ex* obsoluam *corr. D* 8 una casuali] *h* una casuali (o?) *H* uno casuali *K* uel cum uno *B* 9 aduerbio ut docet *H* 10 quidem antecasuales *RD* 11 . Coniunctiones *Dd* 12 potest] *d* possunt *D* supponi] *r* suponi *R* quae *Rr post* que: ut — deriuationem que *om. D add. d* 14 que] *rb* quae *RB* factam] *dh* factum *BDH* 15 significationem *in litura L* 16 inclinationis] *d* inclinationes *D* ut undique *BDHLK* ut undique *G* Deriuata *H* Diriuata *r* 17 solent quoque *B* 18 ΟΥΡΑΝΟ(C) *L* ΟΥΡΟΝΟC ΟΥΡΟΝΟΘΕΝ *K* οὐρανόθεν ἔξω] *r* ΟΥΡΑΝΟ ΘΗΝΕΞΩ *R* ΕΞΩΕ.ΞΩΘΕΝ *B* ΕΞΟΕΞΟΘΕΝ *G* Ἀθῆναι] *om. H* ΑΘΕΝΑΙ *R* ΑΕΝΝΑΙ *D* Ἀθῆναι Ἀθήνηθεν] *om. K* ΑΕΝ *G* ΑΝΩ.ΘΕΝ *L* ΑΘΗΝΗΑΕΝ *H* ΑΘΗΘΕΝ *B* ΑΕΝΝΕΘΕΝ *D* ΑΕΝΕΘΕΝ *R* ΑΘΕΝΑΑΕΝΗΘΕΝ *r* 19 undeque *GLK* 20 coniunctioni similem *RB* que] *r* quae *RB* 21 δέ] de *RBDHL* 22 tamen] non *L* ode *H* τῳδε] ΤΩΑΕ *G* 23 coniuntionum *R* 25 praepositio per compositionem] *r* praepositionem *R* illis] *r* illi *R* 27 *post* positiuae: id est primitiuae *add. libri. uncis incl. r*

p. 976. 77 P. p. 583. 84 K.

extra, infra, inter, intra', cum | sint derivativa, magis adverbia esse videntur praepositiva quam praepositiones. possunt enim haec etiam sine casualibus verbis adiungi, ut 'ego in campo curro, tu extra', 'ego supra aspicio, tu infra'; sic etiam similia. sciendum tamen, quod omnia adverbia, quae solent casibus adiungi, Romani artium scriptores inter praepositiones posuerunt, quia sunt praepositiva casualium et gravantur omnibus syllabis vel quia interpretatio eorum apud Graecos modo praepositionis modo adverbii vim obtinet, ut:

ante ora patrum;

hic 'ante' τὸ 'πρό' significat, quod est praepositio Graeca. at vero:

Ante leves ergo pascentur in aethere cervi

et:

Ante pererratis amborum finibus exul,

hic 'ante' τὸ 'πρότερον' significat et est sine dubio adverbium. similiter 'contra', quando κατά significat, loco praepositionis est accipiendum, ut contra contionem Metelli; cum vero τὸ 'ἐξεναντίας', quod proprium est eius, significat, adverbium est sine dubio, ut 'ego in hanc partem specto, tu contra'. Iuvenalis in I:

Stat contra starique iubet.

'adversum' quoque ideo praepositionem esse putaverunt, quia pro ἐπί praepositione Graeca solet aliquando poni, ut Terentius in Andria:

† Idque ad|versum te gratum fuisse habeo gratiam;

quando autem τὸ 'ἐναντίως' significat, magis adverbium ostenditur, ut Terentius in Phormione:

† ei loco exadversum
Tonstrina erat quaedam.

'secundum' quoque, quando pro κατά et μετά accipitur, loco praepositionis est. Sallustius in Iugurthino: secundum ea, uti debi-

1 sint] sin *L* uidentur esse *D* 4 sic *ex* si *corr. H* 7 interpretatio *B* 8 optinet *RBHK* *Verg. Aen.* I 95 9 Ante uel ora *Rr* 10 ΤΩΠΡΩ *R* ΤΡΟΠΟ *B* praepositio graeca est *D* *Verg. ecl.* 1, 60 (*deficit Med.*) 11 pascuntur *Pal.* 12 *Verg. ecl.* 1, 62 (*deficit Med.*) 13 pererrantis *Rom.* 14 ΤΩΝ ΠΩ *R* ΠΡΟΤΕΡΟΝ *G* ΠΡΟΤΕΡΩΝ *L* ΠΡΩΤΕΡΩΝ *R* 15 ΚΑΤΑ iuxta *Dd* 16 contra contionem Metelli] *est titulus orationis Tullianae v. lib.* VIIII § 51 *ibique annot.* contionem] actionem *G* 17 in hanc ut ego *K* in hanc *Rr* hac parte *Bd* 18 *Iuv. sat.* I 3, 290 1 *ex* II *corr. B* 19 starique] *r* starque *R* 20 ἐπί] *r* eni *R* 21 *Ter. Andr.* I 1, 15 Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam, *et sic lib.* XVIII § 210, *nisi quod iterum ibi* Idque *scriptum est* in Andria *om. G* 22 hebeo *D* 23 ΤΩ *R* ἐναντίως] *ex* ΕΝΑΝΤΙΟC *corr. G* ΕΝΑΝΤΙΟC *RBD* ΝΑΝΤΙΩC *H* ostenditur *in litura L* 24 Terentius] idem *D* *Ter. Phorm.* I 2, 38 *sq. cf. lib.* XVII § 4 *de* XII *vss. Aen.* § 224 in Phormione *om. G* 25 exaduersum ei loco *cum Bas.* (*qui* exaduorsum) *Prisc. lib.* XVII *l. l.* exaduersum ilico (elico *m. rec.*) *Bemb.* ei loco *om. de* XII *vss. l. l.* 26 tonsrina *K* 27 quando *om. G* et] *r* ET *RH* 28 *Sall. Iug.* 14, 3 secundum ea, si desideranda erant, uti debitis uterer, *ubi* secundum *adverbium potius esse, ut locus sic distinguendus sit*: secundum, ea si *et Bipontinis visum est et Kritzio in ed. mai.: in ed. min. a.* 1856 *idem*

p. 977. 78 P. p. 584—86 K.

tis uterer. Lucanus in VIII:

secundum

Emathiam lis tanta datur.

Accentum habent praepositiones acutum in fine, tam apud Graecos 6
quam apud nos, qui tamen cum | aliis legendo in gravem convertitur, nisi praepostere proferantur, quod Aeolis quoque, quamvis fugiant in fine acutum, in hac parte solent servare, quos in plerisque secuti in hoc quoque sequimur. cum vero praepostere ponuntur, monosyllabae acuto, disyllabae paenultimo acuto proferuntur, nisi aliqua differentia, ut praedictum est, impediat, ut Virgilius in I Aeneidos:

maria omnia circúm;

finalem enim acuimus syllabam, ne, si paenultimam acuamus, nomen vel adverbium putetur esse. tantam autem praepositioni tenorum mutationem facit ordinis commutatio, quod quibusdam pronominibus etiam enclitici vice fungitur, quae sunt haec: 'mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum', de quibus in pronomine latius tractatum est. nec mirum, in hac parte orationis Romanos in fine reponere accentus, quamvis sint disyllabae, nec non Aeolis contra consuetudinem suam idem facere, cum annititur semper praepositio sequenti dictioni et quasi una pars cum ea effertur, quamvis per appositionem proferatur, unde et acutum in gravem convertit. idque Donatus etiam in secunda arte de praepositione se intellegere confirmat his verbis: separatae praepositiones acuuntur, coniunctae casibus aut loquellis vim suam saepe commutant et graves fiunt. Censorinus vero plenissime de his docet in libro, quem de accentibus scribit.

Et compositae quidem tam in nominativo quam in obliquis casibus ab 7
eo nominativo com||posito flexis inveniuntur, ut 'indoctus indocti indocto indoctum indocte', appositae autem non nisi cum accusativo vel ablativo, ut 'in hostem, pro patria'; cum verbo semper in compositione, | ut 'in-

in Prisciani cessit sententiam in Iugurthino *om. G* *pro* secundum ea si: sed ea si *vel* sed si ea *pars codd. Sall.* ea *om. G* *post* ea *inter lineas* si desideranda erant *add. Heidelb.* debitis] *r* debetis *Rb* 1 *Lucan. Phars.* VIII 332 *sq.* VIII] *1* IIII. *K* III. *rell.* 3 hemathiam *RDH* themathiam *LK* thebathiam *G* Emathiam *Voss. A* Emathyam *Voss. B* 4 prępositiones habent *B* acutum *ex* actum *corr. H* 5 nos] latinos *B* aliis partibus legendo *B* 6 proferatur *G* Aeolis] *b* ⁎⁎dis *B* aeoles *Dh* eoles *GLK* 7 servare] *r* ⁎ruare *R* sequuti *ex* sequti *corr. B* 8 praeposterę *D* ponantur *BDHGLK* acuto disyllabae] *om. R* monosyllabae (*quod et ipsum extat in R*) acuto. Dissillabae *spscr. r* 10 *Verg. Aen.* I 32 13 p̄positioni⁎(s) *D* tenorum] *r* tenorem *R* 14 enclitici] *rh* encletici *d* inecletici *R* encliti *H* encleti *D* 15 fungitur] *d* fungantur *D* 17 ponere *BDHGLK* aeoles *h* eoles *DGLK* 18 idem facere] id facere *B* non autem cum anteponuntur *spscr. h* annittitur *K* adnititur *B et ex* nititur *corr. D* 19 ecfertur *L* 20 *Donat. art. gramm.* II 16, 6 *p.* 1765 *sq. P.* 25 *L.* 21 ⁎arte(p) *G* 22 seperate *R* sęperatę *r* accuuntur *H* 23 loquellis *D* loquelis *RHLK* loquaelis *G* *de Censorini de accentibus libro cf.* § 40 *et O. Iahnium in praef. ed. Censorin. de die nat. p.* V *sqq.* 24 planissime *HGLK* de his planissime *D* acc⁎⁎entibus(id?) *H* 26 nominativo] *d* nomina⁎⁎ *D* 27 indoctus] *d* indoctos *D* 28 vel] et, *spscr.* uel, *K* uel ablatiuo *add. r* 29 hostem] *b* hoste⁎(s?) *B*

duco, extorqueo, percurro'; cum participiis in compositione quidem secundum verborum figuram, ex quibus nascuntur, ut 'inducens, extorquens, percurrens', et praeterea per appositionem in accusativo et ablativo secundum nomina, ut 'in amantem, pro docente'. pronominibus vero per appositionem solam praeponitur duobus supra dictis casibus obliquis, ut 'in illum, de illo', et sibi praeponitur in compositione, ut 'imperterritus, in-
8 expugnabilis'. nec non etiam coniunctioni invenitur praeposita, sed non servat vim suam, ut 'absque', unde, ut supra memoravimus, additio magis putatur que. ergo a praepositione 'abs' derivatum est adverbium 'absque' quomodo ab 'ex' 'extra'; similiter adverbiis praeponitur per compositionem, ut 'perinde, subinde, deinceps, abhinc'. igitur nomini quidem et per appositionem et per compositionem, pronomini vero per appositionem solam licet quibusdam 'mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum' compositi esse videantur, participio per derivationem vel consequentiam compositorum verborum vel per appositionem, ceteris autem partibus per solam compositionem praepositio iungitur.

Loco etiam coniunctionis accipi solet causalis, ut 'per desidiam malitiae nascuntur', id est 'causa desidiae'. similiter 'propter'.

II 9 Sunt autem apud nos multo plures quam apud Graecos. apud illos enim cum sint decem et octo praepositiones, diversas singulae habent significationes, quae complent multarum apud nos demonstrationem, ut *περί* pro 'circum' et 'circa' et 'erga' et 'de' et 'super', quando memoriae est, ponitur; similiter *παρά* pro 'apud' et 'prope' et 'praeter' et 'propter'. nec solum id, sed etiam illud causa fit, ut sint ampliores apud nos, quod omnia adverbia localia, quae solent casualibus praeponi, inter praepositiones nostri posuerunt, ut supra diximus, tenoremque earum in eis quoque servaverunt, ut 'pone tribunal, adversum hostes, citra forum contra inimicos, infra tectum, supra montem, extra muros, intra urbem ultra Alpes'. huiuscemodi enim omnia Graeci adverbia dicunt esse, qui et certam aliquam habent significationem etiam per se posita, quod prae

2 uerborum quidem figuram *B* extorqueus] *r* extoqueus *R* 3 apositionei *DH* apposionem *L* .4 docente *ex* ***ente *corr. D* ducente *BH* 5 duobus] *b* duabus *BH* supradictis *add. r* obliquis casibus *GLK* 6 inperterritus *B* in perinterritus et *K* 8 servat] *r et ex* seruа** *corr. D* seruam *R* suam ut al absque *B* suam abs absque *DH* ut] *h* ** *H* memorabimus *B* 9 aduerbium *om. D* 11 perinde] *d* proinde *D* subinde] *r* subito *RDGLK* desubito *Hk* deinceps *add. g* apositionem *H* 12 Et pronomini *Dd* solam licet *corr. e* s*lam l**et *H* 14 uidentur *GLK* participio propter diriuationem *L* 15 u appositionem *H* 17 causalis accipi solet *B* causalis *in litura h* casualis *G* disidiam *K* 18 id est *add. b* disidiae *K* propter et ob. uirgĭ in III (*Aen.* IIII 320) te propter libicę gentis numadumq; Idem in XI. (*Aen.* XI 347) Cui ob augurium (auspicium *Verg. cf. v. l.* § 13. 25) infaustum moresq; sinistros. Su *B* 20 XVIII *B* 21 multarum] *r* multorum *R* 22 pro] *d* per *D* 23 e praeponitur *G* *παρά*] *r* para *R* 25 solent casualibus *in lit. b* 26 praepos tiones] *d* praepositionis *D* tenoremquae *Rr* 28 ut infra *Rr* tectum *in litu l* 29 Alpes] *b et ex corr. H* alpis *BH* huiuscemodi] *h* huiuscemodo *H* es *add. k* 30 per se conposita *H* praeposiones *K*

p. 979. 80 P. p. 557. 58 K.

positiones habere nolunt per se prolatae, adverbia vero habent. et pleraque eorum componi non possunt, omnes autem praepositiones apud illos et componi et apponi solent. praeterea haec, quae certissimam locorum habent significationem etiam per se posita, possunt apud Latinos quoque sine casualibus proferri, quod rarissime patitur praepositio. Virgilius in II Aeneidos:

Pone subit coniunx, ferimur per opaca locorum.

Inveniuntur igitur apud Latinos in praepositionibus tria contraria observationi Graecorum, quod certae sunt significationis quaedam praepositiones, ut 'apud, erga, circa, inter', et quod quaedam numquam componuntur, ut eae ipsae, quaedam numquam separantur, ut 'con, re, di, dis'.

Nulla praepositio habet aspirationem, sicut nec coniunctio, cum in aliis sex partibus orationis sunt, quae habeant aspirationem, sunt, quae non habeant, ut 'hara, habeo, habens, hic, huc, heu'.

Rarissime apud prosam scribentes praepo|stere proferuntur praepositiones, monosyllabae vero etiam apud poetas difficile mutant ordinem, ut apud Terentium in Andria:

i prae, sequor,

nisi 'cum'. ea enim sola tam apud poetas quam apud reliquos praepostere cum pronominibus ponitur, ut dictum est, his: 'mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum', nec non etiam 'quocum, quicum, quacum, quibuscum'. mediae quoque ponuntur, ut 'qua de re, quam ob rem, quas ob res, qua in parte'.

Nec non habent quandam cognationem cum adverbiis localibus plerum|que praepositiones, ut 'in: ad locum' et 'in loco', 'a' et 'ab' et 'e' et 'ex': 'de loco'. (sciendum tamen, quod nulla alia pars in x desinit apud Latinos nisi nomina et 'ex' praepositio, quae Graeca est, et 'vix' et 'mox' et 'pax' adverbium comicum, quo utitur Terentius, quod similiter Graecum est.)

Sunt quae in compositione elisionem patiuntur, ut 'con' sequente vocali: 'coeo, coarguo, coarto, cohaereo, coaequo'. contra 'pro' sequente

3 et componi *in mg. add. K* 5 rarissimo *RK et ex* rarissime *corr. G* ut nirgi *BD* *Verg. Aen.* II 725 6 U. *G* 7 subiit *G* coniunx] *r* coniux *R* 8 trea *G* 9 significationis *ex* significationes *corr. D* 10 inter *om. K* quod *om. B add. b* ut hae ipse *B* 13 orationis *om. GL* habent *H* 14 ut *om. G* ara *B* 15 prosa *GLK* prosas *g* praeposterae *Rr* praepositiones] *r* propositiones *R* 16 etiam *add. d* difficele *L* 17 *Ter. Andr.* I 1, 144 primo.i. (*cf. eun.* V 2, 69) andria prosequor (pro *in* prae *mut. d*) *Dd* 18 i] ut dictum est *GLK* prae *Rr* prae sequor] persequor *Bk* sequor *etiam Bas.* sequar *lib.* XVIII § 265 *et sic 'meliores' ex codd. Bentl.* 19 ea] Haec *B* sola] *d* solaicum *D* a 20 dictum] dictum tum *R* praedictum *B* 24 cognitionem *RrD* locabibus *L* 25 a *add. d* e ex de *H* 26 tamen *om. L* pars *ex* pras *corr. D* 27 et mox] *rh om RBHGLK* 28 pax. παντεαοc. aduerbium *B* *Terent. heautontim.* II 3, 50. IIII 3, 39 simul *H* 30 elęsionem *g* 31 ut coeo *d* coargo *G* coharto *K* cohaereo] *g* cohaerio *G* coaequo *ex* aequo *corr. G* quoaeoquo *R* pro consequente *LK*

p. 960. 81 P. p. 588. 89 K.

vocali d assumit: 'prodes, prodest, proderam, prodesse'. quaedam etiam syncopam passa sunt, ut 'supra' pro 'supera' et 'infra' pro 'infera' et 'extra' pro 'extera'. nam antiqui trisyllabe ea proferebant, ut Cicero in Arato:

Torvus Draco serpit supter superaque retorquens
Sese.

tenuit tamen, ut disyllaba magis ea proferantur.

Nec solum praepositiones, sed etiam adverbia sunt ea pro varia significatione accipienda. oportet autem scire, quod Graeci proprium dicunt esse praepositionis, ut nihil certum per se positae sine aliis partibus orationis significare possint, ut supra dictum est, quales sunt paene apud nos quoque omnes monosyllabae, ut 'ad, ob, per, pro, prae, a, ab, abs, cum, de, e, ex', nec non etiam disyllabarum quaedam, ut 'ante, praeter'. hae enim ad sensus sequentium significationes suas accommodant, ut 'ad' modo personae modo loco, est quando tempori adiungitur vel numero: per|sonae, ut Virgilius in I:

Ad te confugio et supplex tua numina posco;

loco, ut idem in I:

Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis;

tempori, ut Sallustius in I historiarum: ad bellum Persi Ma-
12 cedonicum; numero: 'ad quinquaginta milia'. in compositione quoque modo intentivum est, ut 'approbat, affirmat'; modo ad personam aliquam vel rem dirigitur, ut 'alloquitur, arridet'. similiter et aliae supra dictae diversas habent significationes.

Quae vero certae alicuius sunt significationis, quamvis secundum Graecorum rationem pleraeque inter adverbia poni debent, id est 'supra, infra, extra, pone' et huiuscemodi alia, ta||men, quia et casualibus plerumque praeponuntur et gravantur more praepositionum et loco plerumque Grae-

2 passę *B* 3 trisyllabę *RB* trissillabae *d* trisyllaba *LK et ex* tresyllaba *corr. G* trissillaba *D* ea] *r* ca *R* eas *B* *Cic. Arat. fr.* VII *p.* 520 (*v.* 47 *sq. p.* 524) *Or. cf.* § 52 *et Cic. de nat. deor.* II 42, 106 5 subter *BDK* reuoluens *libri* usus et consuētudo Vsus *Cic. de nat. d. l. l.* 6 sese tenuit. Tamen *HG* 7 Tenuit *Rr* Tenuit *D* Tesunt nuit tamen usus *h* disyllabā *B* 10 praepositiones *B* 11 quales penę *Rr* 13 quaedam quaedam *L* ut *in mg. add. g* ante] *k* aput *Kh* hae] *dk* Haec *DK rell.* 14 acomodant *B* 15 adiunguitur tempori *K* personae *om. L* 16 *Verg. Aen.* I 666 *post* in I: Ad te — in I. *om. R add. r* I· aeneidos *B* 17 suplex *G* numina] numena *k* munera *Kr cum aliquot codd. Verg.* (*in Pal. h. l.* r *lac.*) 18 ut idem *in lit. B* *Verg. Aen.* I 24 19 Primam *R* agris *Med.* 20 tempori *ex* tempore *corr. H* *Sall. hist.* I 7 *p.* 6 *Kr. cf.* § 24 *et lib.* XVII § 161 bellum *ex* uellum *corr. B* persim acedonicum *G* macidonicum *K* 21 quinquaginta *G* 22 adprobat *BDHK* adfirmat *BDHK* 23 alloquitur *ex* adloquitur *corr. D* adloquitur *BHK* arridet *ex* adridet *corr. D* adridet *BHK* alia *R* 25 certae *corr. ni f. ex* quertae *K* alicuius sunt *in litura H* significationis] *r* significationes *R* 26 pleraque *D* debeant *BDHGLK* 27 huiusmodi *H* huius cęmodi alię *D* 28 more positionum *R* et loco — praepositionum *post* positionum *om. R add. r*

p. 961 P. p. 589. 90 K.

carum accipiuntur, ut dictum est, praepositionum, ut 'supra caelum', ὑπὲρ τὸν οὐρανόν, 'infra terram', ὑπὸ τὴν γῆν, ideo non penitus irrationabiliter ab artium scriptoribus Latinarum inter praepositiones quoque sunt receptae.

Inveniuntur tamen in aliis etiam partibus praepositivae, non tamen semper nec omnes ad eandem speciem pertinentes, ut 'ne' adverbium dehortandi et 'hic' pronomen praepositivum, quod tamen licet etiam postponere, ut 'hic homo' et 'homo hic' nulla ordinis confusione tam a poetis quam a sine metro scribentibus bene dicitur. iure igitur sola haec pars, id est praepositio, a loco, quem proprium possidet, nomen accepit.

Saepe et verbis desunt praepositiones, ut Virgilius in I: 13

Vna Eurusque Notusque ruunt,

pro 'eruunt', et praepositionibus verba, ut idem in III:

O mihi sola mei super Astyanactis imago,

'super' pro 'superes'.

Compositae praepositiones cum aliis partibus in illarum potestatem concedunt, ut 'incurvus, adoro, abhinc, proinde'; nam in 'absque' magis additio est quae syllabae, ut diximus, quam coniunctio. verba, quia nominativum | semper significant vel vocativum, ideo in compositione semper habent praepositiones, quomodo et nominativi nominum et vocativi.

Est quando praepositio loco coniunctionis, ut dictum est, accipitur tam apud Graecos quam apud nos, ut 'propter te', hoc est 'tui causa'; tunc enim loco causalis coniunctionis accipitur, quando διά Graecam significat. Virgilius in IIII Aeneidos:

Te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni
Odere;

quando vero παρά significat, praepositionis vim sine dubio defendit. idem poeta in VIIII:

Sive Padi ripis Athesim seu propter amoenum.

2 τὸν] των *R* υτο *H* ΤΗΝ ΓΕΝ *r* ΘΗΝ ΓΕΝ *R* ΤΗΝ ΤΗΝ *in* ΓΗΝ ΤΗΝ *mut. G* ΕΗΝΙ *K* iurationabiliter *B* 3 Latinarum] *r* latinorum *R* 5 tamen *om. G* partibus etiam *D* 6 ad *add. r* dehortandi] adhortandi *L* adortandi *GK* 7 liquet *Kg* 8 hic homo et homo hic] *b* hic homo homo hic *BDHGLK* 9 quam ad sine *D* quam * sine (a) *K* haec sola *GLK* 10 accipit *B* 11 *Verg. Aen.* I 85 I. aeneidos *K* I. aeneid. *D* I. aeneī *B* 12 nothusque *HLK* runt *R* 13 eruunt] *r et ex* erunt *corr. D* erunt *R* praepositionib; *ex* praepositionis *corr. B* praeposition**ibus (es) *L* uerba desunt ut *Br* ut *om. L* *Verg. Aen.* III 489 III. aeneidos *K* III. eneid. *D* 14 mei] *r* meis *R Med.* astianactis *BDGr* astyanactis *Med.* 15 super *om. K* superest *K* superesset *L* superest *G* 16 illarum] *b et ex* illorum *corr. L* illorum *BK* 17 concidunt *h* incurvus] *r* curuus *R* perinde *BDHGLK* Nam et in *Rr* 21 loco causalis coniunctionis *B* 22 nos] latinos *D* tui] *d* tua *D* 23 dia *D* diā *H* graecum *K* 24 *Verg. Aen.* IIII 320 *sq.* eneid. *D* 25 te] et *Pal.* lybicae *K* libicę *Rd* libice *BD* lybice *L* numadumque *RBGK cum aliquot codd. Verg.* tiranni *RG* 27 uero apud uel absque uel ab uel pes ΠΑΡΑ *D* vim] *r* cum *R* deffendit *G* 28 *Verg. Aen.* VIIII 680 VIII. *GLK* 29 atesim *RBD Med.* atthesim *L* ate sim

p. 981. 82 P. p. 590. 91 K.

similiter 'ob' loco causalis poni solet coniunctionis. Virgilius in XI:

Cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros,

cum in compositione semper praepositionis habeat significationem, ut idem in VI:

magnas obeuntia terras
Tot maria intravi duce te.

14 nec non cum aliis partibus coniuncta simul cum illis loco coniunctionis causalis accipitur, ut 'quamobrem' pro 'quapropter'. Cicero in I invectivarum: quamobrem, ut saepe iam dixi, discede.

Cum apud Graecos separata praepositio tribus soleat casibus praeponi, id est genetivo, dativo, accusativo, apud nos duobus solis praeponitur, id est accusativo et ablativo, nisi ἑλληνισμῷ utatur auctoritas, ut Virgilius in III georgicon:

Et crurum tenus a mento palearia pendent,

genetivo est usus secundum Graecos pro ablativo, quamvis apud Graecos τὸ 'ἄχρις', quod est 'tenus', non praepositio, sed adverbium esse ostenditur; itaque apud nos quoque raro praeponitur. idem in II georgicon:

Hactenus arvorum cultus et sidera caeli.

idem in II Aeneidos:

capulo tenus abdidit ensem.

nominativo vero per compositionem addita praepositio per omnes manet et obliquos casus. ideo autem nominativi per appositionem non recipiunt praepositiones, quia per intransitivam dicuntur elocutionem, id est non transeuntem ab alia ad aliam personam, ut 'percurrit homo excelsus'; ecce, 15 quia nominativi sunt, nullam habent transitionem. accusativus vero et ablativus, cum transitivi sunt, recipiunt separatas praepositiones: separatae enim eae semper transitionem significant. itaque verba quoque, quia semper adiuncta sunt quantum ad intellectum vel nominativo vel vocativo et carent casibus, iure non possunt per appositionem adiungi praepositioni; nihil enim carens casu per se transitivum potest esse.

h

K antesim *H* atesim *Pal.* amoenum] *d* amenum *D* 1 poni *om. L* *Verg. Aen.* XI 347 in XI. *om. G* 2 ob *ex* ab *corr. G* augurium *Bamb.* § 9 *ubi v. annot.* augurium auspicium *BL* § 25 augorium auspicium *GK ibid.* infastum *B* sinistros *ex* sinestros *corr. Med.* 3 compositione] *d* positione *D* appositione *B* ut idem ut idem *K* 4 *Verg. Aen.* VI 58 *sq.* in *om. H* VI. (I) *H* 5 magnas obeuntia] *d* magna subeuntia *D* 6 duc&e *H* 7 illis] *r* aliis *R* 8 causualis *K* casualis *B* pro *om. D* *Cic. in Catil. or.* I 9, 23 quam ob rem, ut saepe iam dixi, proficiscere *coll. ibid.* 7, 18 quam ob rem discede in I. inuectiuarum *om. G* inuecticarum *H* inuechtiuarum *K* 11 et datiuo et accussatiuo *K* solis *om. L* 12 ΕΛΛΙΝΙCΜΟ *GK* ΕΛΛΙΝΙΜΟ *L* hellenismo *DH* helenismo *B* ellenissimo *R* *Verg. georg.* III 53 13 IIII. *RBD* 14 palearia] *rd* pallearia *R* palliaria *D* pendent] *k* tendent *K* 16 τὸ] τῳ *R* ΑΧΡΗC *B* ΑΡΧΙC *K* 17 *Verg. georg.* II 1 18 Hactenus] *r* Actenus *RB* aruorum *ex* arborum *corr. L* arborum *B* aruarum *Med.* 19 *Verg. Aen.* II 553 eneid. *D* aeneĩ pubetenus *B* 20 tetenus *H* addidit *B* 21 vero] quoque *G* et *om. BDHGLK del. r* 22 casus *om. K* 23 quia — separatas praepositiones] *add. r* has separatas *R del. r* eloquutionem *D* 24 ad] *in ras. duarum lit. spacr. L* 26 transitiui *ex* transitiua *corr. H* 27 eae] hae *BD* transitiones *R?* 29 apositionem *H*

p. 982. 83 P. p. 591 K.

Praepositio, quando per defectionem verborum profertur, generalem servat accentuum regulam: [ab acuto incipit] ut Virgilius in III Aeneidos:

O mihi sola mei súper Astyanactis imago,

et Terentius in Andria:

Adeò modesta, adeo venusta, ut nihil súpra;

et hoc ad similitudinem Graecorum. Homerus:

ἀλλ' ἄνα,
ἔνι τοι φρένες,
πάρα δ' ἀνήρ,
χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἔπι μῆνις.

nec non etiam si praepostere proferatur, ut Virgilius in XII:

decus imperiumque Latini

Te pé||nes.

hoc quoque a Graecis. Homerus:

μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ,
Ὧι ἔπι πόλλ' ἐμόγησα,
νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.

est tamen quando postposita quoque gravatur, si genetivus sequatur reditus ad supra positum accusativum vel ablativum, ut si dicam: 'virtutem proptèr imperatoris' vel 'iustitia ìn legum'. sin autem in fine sit praepositio sensus, omni modo generalem servat accentuum legem [ab acuto incipit], ut 'homines mille venerunt súpra', nisi differentia prohibeat, sicut dictum est, ut 'circum' _ Virgilius in I Aeneidos:

maria omnia circúm _,

in fine acuitur, ne adverbium vel nomen esse putetur, sicut et apud Graecos διά. et si loco adverbiorum vel interiectionum accipiuntur, similiter

2 seruant *D* accentuum] *r et ex* accentum *corr. D* accentum *RH* regulam id est ab *B* acuto *H* *Verg. Aen.* III 489 IIII. *R* Aeneidos *om. G* ęneid *D* 4 super astinactis *h* superasti anactis *H* astianactis *G* astianactis *BDK* astianectis (o?) *Rr* 5 *Ter. Andr.* I 1, 93 *cf. lib.* XVIII § 14 in Andria *om. G* 6 adeo modesto (voltu *sc.*) adeo venusto *Terentius* nihil *pro* nil *etiam Bas.* 7 *Hom. Il.* VI 331 VIIII 247; *Od.* XXI 288; *Od.* XVI 45; *Il.* V 178 8 ἀλλ' ἄνα] ΑΛΛΑ *H* 9 ἔνι] ΕΗΙ *D* ΕΤΙ *B* ΘΗΙ *H* τοι] *ex* ΤΟΥ *corr. K* ΤΩΙ *R* ΤΟ *D* ΦΡΕΝΗC *R* ΦΡΕΗC *H* 10 ΠΑΡΑΕΔΑΝΕΡ *D* ΔΕ *RBHGL* ΑΝΕΡ *RHLK* 12 ΧΑΛΕΠΗ *H* ΧΑΛΕΠΗ *GLK* ΧΑΛΕΠ•Κ *R* ΧΕΔΑΛΕΠΗ *D* δὲ] *om. R* ΤΕΟΥ *R* ΕΚΟΥ *GLK* ΕΕΥ *H* ΜΕΝΙC *BD* ΛΛΗΗΙC *H* ΛΛΕΝΙC *R* ΛΛΛΑ ΗΝΙC *GLK* 12 proferantur *R?* proferatur turequis misere ut, *vocc. insiticiis m. rec. del.. B* *Verg. Aen.* XII 58 *sq.* XII] *Krehlius* VIII *Heidelb. teste Lind.* VII *rell.* 15 *Hom. Il.* VI 124 VII 113 XXIIII 391: *Il.* I 162; *Il.* II 91 16 ΜΑΧΕ *K* ΜΑΚΝΕΝΙΚΑΙΑΑΝΕΤΡΕ *D* ΕΗΙ *H* ΚΥΔΙΑΗΕΙΡΗ *H* ΚΥΔΙΑΝΕΙΡΕ *GL* ΚΙΔΙΑΝΕΙΡΕ *K* ΚΥΔΙΑΝΕΙΚΗ *B* 17 πόλλ'] Π ΛΛΑ *BH* ΠΑΛΑ *R* ΠΟΛΛΑ *D* ΠΟΜ *KL* ΤΟΜ *G* ΕΜΟΤΗCΑ *R* ΕΑΜΑΟΓΗCΑ *GLK* ΙΜΟΤΕCΑ *D* ΕΜΟCΑ *B* 18 ΝΗΩΝ *GL* ΗΝΝΩΝ *K* ΝΗΑΝ *B* ΝΝΟΝ *D* ΗΩΗ *H* ΑΡΟ *D* καὶ] *om. H* Κ *B* ΚΑΙCΙΑΩΝ *GDLK* ΚΑΙCΙΑΩΗ *H* ΚΑΙCΙΑΩΝ *R* ΚΑΗCΙΑΟΝΕ *B* 19 redditus] *h* redit *H* 20 ad] *r* a *R* 21 iustitia in] *r* iustitiam *R* iustitiam in *B* 22 omni modo] omuino *r* seruant *B* legem *in litura L* ** ab (et) *K* 23 mille *ex* mile *corr. L* 24 *Verg. Aen.* I 32 ęneid *D* 27 dia *D* intereectionum *G* accipiantur *GLK*

mu|tant accentum sibi destinatum. Terentius in eunucho:

Pèrpulchra credo †munera aut nostris similia,

et Lucanus in II:

prò tristia fata!

Quis fuit ille dies, Marius quo moenia victor?

17 hoc tamen quoque Graecis auctoribus facimus. sicut enim praepositiones loco adverbiorum, sic etiam adverbia loco praepositionum solent poni. Homerus:

γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθών,

περί pro πέριξ, praepositionem posuit pro adverbio. idem:

Ἴλιον εἶσω,

pro εἰς Ἴλιον, adverbium pro praepositione. nihil igitur mirum, apud nos quoque praepositiones pro adverbiis vel adverbia pro praepositionibus inveniri, cum etiam loco nominis ea soleant accipi, ut Virgilius:

mane novum;

Sponte sua.

Statius in XI:

at tu, pudet, hostia regni,

Hostia nate iaces, ceu mutus et e grege sanguis.

Ei mihi primitiis ararum et rite nefasto

Libatus,

18 'rite' pro 'ritu' posuit. praepositiones quoque tam pro adverbiis quam pro coniunctionibus inveniuntur, ut ostendimus. non bene tamen stoici praepositionem inter coniunctiones ponebant, praepositivam coniunctionem eam nominantes, cum coniunctio et nominibus et verbis et omnibus tam declinabilibus quam indeclinabilibus per appositionem soleat adiungi; nec solum praeponitur, sed etiam subiungitur tam apud poetas quam a||pud

1 distinatum *GK* Terentius] *d* terentia *D* *Ter. eun.* III 2, 15 in eunucho *om. G* iunocho *K* 2 perpulcra *DGL* munera] dona *lib.* XVII § 11 *cum Terentio* aut] *sic etiam lib.* XVII *l. l., cum Bemb.* haud *Bas.* aut nostris similia *om. B* nostri similia *Bemb.* 3 *Luc. Phars.* II 98 *sq.* pro fata! quis ille, | Quis fuit *etc. et sic lib.* VII § 92; pro tristia factâ! *legitur apud Luc.* V 57 VI 305 VII 411 4 tristitia *B* facta *Bd* 5 Mariais *H* moenia *ex* menia *corr. H* 6 tamen *om. GLK* quoque tamen *D* 8 *Hom. Il.* XVIIII 362 9 ΓΕΑΑCΕ. *RDHK* ΓΕΑΑCΕ *GL* ΡΑCΑ *B* πᾶσα περὶ] ΠΑΡΑCΕΡΙ *D* ΧΘω *B* ΧΕωΗ *H* ΧΕΩΙΝ *D* 10 pro] ΠΡΟ *G* ΠΕΡΙΧ *R* *Hom. Il.* I 71 XVII 159. 163 XVIII 58 XXIIII 145 11 ΙΑΙΟΗ *H* ΙΜΟΝ *Dr* ΕΜΟΝ *R* ΑΙΟΝ *GLK* ΕCΙω pro ΕΑΙCΟΝ *B* 12 Ἴλιον] ΥΙΜΟΝ *GL* ΙΗΟΗ *H* ΙΑΘΩΝ *R* ΜΟΝ *K* 14 soleant] *d et ex* solant *corr. H* solant *D* uirgiis iu IIII. geor̄. *D* *Verg. georg.* III 325 *Verg. Aen.* VI 82 *etc. v. indicem ius* *Erythraei* 16 sponte] *d* ponte *D* 17 stater *Dd* *Stat. Theb.* XI 283 *sqq.* 18 pudet hostias *GL* pudet hostis regni hostias *K* 19 mutus] *b* mstus (o?) *B* et egreges *Rr* et egreges anguis *GL* et aegreges anguis *K* 20 Ei] *sic etiam Stat. Cass.* hei *BDG* mihi *om. GL* primitus *K* ararum] *sic etiam schol. in lemmate et codd. Stat. plerique cum Cass.* armorum uel annorum *inter lin.* *opt. cod.* *Barthii* nepasto *K* 21 liuatus *G* 22 rite pro rite *B* 23 "tamen bene" *Bh* stoici] *cf. lib.* II § 17 *R. Schmidtius stoicorum grammatica p.* 47 *sq.* 24 inter coniunctionem *L* 26 quam indeclinabilibus *om. R add. r* apositionem *H* adiungi *ex* coniungi *corr. L*

sine metris scribentes; praepositio vero, ut saepe dictum est, et praeponi vult semper, cum recto ordine ponitur, et verbis ceterisque partibus indeclinabilibus nisi in compositione non adiungitur.

DE POTESTATE PRAEPOSITIONVM.

Separatae praepositiones vel accusativo vel ablativo adiunguntur, com- III 19
positae vero tam nominativo quam ceteris omnibus obliquis, qui ex composito nascuntur nominativo. et est quando eandem habent tam in compositione quam in appositione significationem, ut 'invado hostem' et 'in hostem vado', in utroque enim 'contra' significat; est quando diversam, ut 'de te loquor', id est 'tui causa loquor', 'deprimo', hoc est 'infra premo'; est quando abundant syllabice, id est auctio|nis syllabarum causa tantummodo nulla significationis additione, ut 'emori' pro 'mori'; est quando localem vim possident quadripertitam, ut 'venio per forum, proficiscor ad Graeciam, in Italia sum, a Sicilia venio' (cum apud Graecos praepositio 20
composita cum dictionibus aliis quibusdam paenultimam habentibus acutam antepaenultimam eam facit, si addit significationi aliquid, ut πλησίος παραπλήσιος, apud nos in uno adverbio hoc solet facere, 'inde, déinde, éxinde, próinde, súbinde', ne, si gravetur praepositio, per appositionem esse putetur ante adverbium, quod fieri non licet); est quando significantiae causa
assumitur praepositio, ut Virgilius in I georgicon:

numquam inprudentibus imber
Offuit;

est quando privationem, id est abnegationem, significat, ut 'impius, expes'. sunt quae similem habent potestatem, ut 'ab a, ex e', quae etiam
localem possident significationem. 'ex' vero et pro causali coniunctione potest accipi, ut 'ex insidiis illius hoc patior', id est 'insidiarum illius causa'; privationem quoque significat, ut supra dixi, ut 'expes, exlex', et 21
ordinem, ut Virgilius in VII: ||

Exin Gorgoneis Allecto infecta venenis;

1 sepe *B* sepe *b* 4 De potestate prepositionis *D* 5 saeparatae *R* 6 compositio] *r* composita *R* 9 enim *sup. lin. add. K* 10 causa tui *K* premo *B* 11 habundant *DGK* syllabaice *G* syllabicę *B* syllabaice *L* sillabice *ex* sillabicę *corr. D* id] hoc *DG* auctionis] additionis *d* additiones *D* 12 additione] additionis *G* mori] *d* more *D* 13 possedent *K* per forum *in mg. add. K* uel eam ad] *r* a *R* 15 alliis *Rr* 16 eam] eam, *in mg.* uel acutam, *L* acutam *G* si] *r* sed *R* si addit] *om. G* sic addit *LKg* ΠΑΗCΙΩC ΠΑΡΑ ΠΑΕCΙΩC *G* ΠΑΗCΟC ΠΑΡΑΠΑΗCΟC *K* ΠΑΗΕCΙΟC ΠΑΡΑΠΑΗΕCΙΟC *r* ΠΑΗΕCΙΟC' ΠΑΡΑΠΑΕCΙΟC *H* ΠΑΗCΩC ΠΑΡΑΠΑΗCΩC(O) *L* ΠΑΙCΙΟC ΠΑΡΑΠΑΝCΙΟC *B* ΠΑΝCΙΟΝ ΠΑΡΑΝΑΝCΙΟC *D* 17 exinde deinde *D* 18 proinde] perinde *D* subinde *om. GLK* perinde *post* subinde *add. r* exinde *Heidelb. teste Lind.* 19 licet] *k* liquet *GK* 20 adsumitur *B* *Verg. georg.* I 373 *sq.* 21 imprudentibus *GL* inprudentibus *Med.* 23 expes] *r* exspes *RRHK et in litura d* 24 ab a] a ab *Dr* 25 localem] *r* loqualem *R* possidentur *G* coniuctione *L* 27 ut supra dixi significat *B* exspes *RHK* 28 *Verg. Aen.* VII 341 29 Exim *Med.* exingor goneis *B* adlecto *R* infata *R* ueninis *K*

p. 985. 86 P. p. 593. 94 K.

et loco adverbii 'extra' fungitur, ut 'exul: extra solum' et 'excludo: extra cludo', quamvis 'extra' quoque et omnia localia, ut saepe memoravimus, adverbia, quae casibus solent adiungi, nostri inter praepositiones ponunt.

Temporalia [et localia] quoque adverbiorum quaedam in praepositiones transferuntur [et nomina], ut 'pridie Kalendas' [et 'adversus' vel 'adversum hostes']. subtractae quoque nominibus quibusdam loco adverbiorum ea faciunt accipi, ut 'domo venio' pro 'a domo' et 'domi sum' pro 'in domo' et 'domum eo' pro 'ad domum'. et invicem pro se ponuntur praepositiones, ut 'in urbem venio' pro 'ad urbem' et 'per urbem sum' 22 pro 'in urbe'. adeo autem plerumque localem habent significationem praepositiones, quod adverbia quoque ex his quaedam localia nascuntur: 'ex, extra, extrinsecus; sub, subter; in, infra, | intra, intus'. sed etiam haec, ut supra dictum est, quia loco praepositionum saepe solent poni, cum casibus adiunguntur, artium scriptores inter praepositiones numerant.

Cum igitur, ut supra memoravimus, per appositionem duobus casibus adiungantur praepositiones, accusativo et ablativo, de singularum significatione disseramus, et primo de his, quas accusativus sequitur.

23 Vnisyllabae, ut plerisque Latinorum videtur, sunt hae: 'ad, ob, per, post, cis, trans'; bisyllabae: 'apud, ante, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, prope, pone, ultra, praeter, propter, supra, usque, penes'; trisyllabae: 'circiter, adversus, secundum'. ex his pleraeque apud Graecos inter adverbia ponuntur, ut saepe docuimus, quod certam habent significationem etiam per se positae, quod in praepositionibus abnegant esse per se positis, et quod licet tam poetis quam oratoribus siue reprehensione et praeponere et postponere ea casibus, cum praepositiones, de quibus nulla dubitatio est, nisi poetica auctoritas postponere non solet, et quod eo||rum pleraque componi non possunt, cum praepositiones omnes apud illos talem naturam habeant, ut et componi et separari

1 aduerbii loco *GLK* 3 selent *B* iuterp̃ositiones *h* iuterpositiones *H* 4 ponant *D* posuerunt *B* 5 TEMPORALIA. | Localia *in ras. B* et *om. RGL* et localia *om. Heidelb. teste Lind., post* quoque *in mg. add. K* localia] locicalia *ni f. in litura R, del. et add.* non habuit uetustus localia *r* quaedam in] *r* in quaedam *R* 6 et] *add. d* uel *GLK* pridiae *Rr* calendas *R* uel *sup. lin. add. D* 8 pro a domo *om. R add. r* 10 per urbem] *d* pro urbe *D* 11 significationem *in litura L* 12 localia] *r* loqualia *R* 13 ex] *om. H* ut ex *Dh* 14 haec quod ut *B* praepositionum] *r* praepositionem *R* soleant *L* solent cum casibus adiungi artium *B* 15 *post* adiunguntur *sqq.:* artium — adiunguntur (*sic*) *in mg. add. K* 18 adiungantur] adiunguntur *BDHGLK* accussatio *L* 19 disseruamus *Rr* 20 de praepositiõ q̃ accussatiuo iunguntur *inscr. K* sequitur unisyllabę *B* sequitur uniᵖ-syllabę *b* Vni syllabae *G* uidentur *BHL* 21 circum circa citra *D* 22 intra inter *H* iuxa *B* 23 penes] *r* panes *R* parnes *H* 24 pleraeque] *dh* pleraque *DHGK* Graecos] *d* graecas *D* 25 certã⁂(ut *ni f.*) *H* habent habent *R* 26 ⁂abuegant(h?) *H* esse *om. G spscr. g* licet] *r* liquet *G* locet *R* tam *om. R add. r* 28 auctoritas fiat *g* auctoritas hoc faciat *h* postponi *LK* 29 solet *in* solent *mut. K* solent *GL* earum *B* 30 seperari *L*

p. 986 P. p. 594. 95 K.

possint. nostri vero ideo inter praepositiones eas dictiones posuerunt, quia semper praepositivae sunt, nisi licentia hoc poetica mutaverit, et gravantur praepositae, quod praecipue suum est praepositionis. sunt autem pleraque huiuscemodi adverbia localia, ut 'cis, trans, apud, ante, contra, circum' et reliqua similia. de singularum igitur vi et significatione, ut valemus, disserere conemur.

'Ad' tam in compositione quam in appositione plerumque proximitatem significat, ut 'adeo, adcurro, advenio, assideo, ad Troiam' pro 'iuxta Troiam', 'ad urbem' pro 'iuxta urbem', ad balneas Pallacinas, hoc est 'iuxta balneas'. est etiam causalis, ut 'ad quid hoc fecisti?', hoc est 'cuius causa', et similitudinis, ut 'accommodatus, adaequatus, assimilis, ad unguem'. significat etiam contrarietatem, ut 'ad illum mihi pugna est', hoc est 'contra illum'. pro temporali quoque accipitur, ut Sallustius in I | historiarum: ad bellum Persi Macedonicum, hoc est 'usque ad bellum Persi'. additionis quoque, ut 'ad haec mala'. 24

'Ob' tam in appositione quam in compositione invenitur, sed quando per appositionem ponitur, vim obtinet διά Graecae praepositionis, quae pro causali coniunctione accipitur, ut Virgilius in XI: 25

Cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros,

vel loco 'pro' vel κατά Graecae, cum accommodativa sunt, intellegitur. idem poeta in IIII georgicon:

Haud quaquam ob meritum,

id est 'pro merito', κάτ' ἀξίαν. in compositione vero significationem 'contra' vel 'circum' complet: 'contra', ut 'obvius, occurro, oppono, obicio'; 'circum' vero, ut 'obumbro, obambulo'.

'Per' et componitur et separatur et significat διά Graecam localem, ut Virgilius in I georgicon:

2 licentia] *k* liquentia *GLK* 3 praepositionis] *r* praepotionis *R* 4 "circum 'contra *G* circum contra *D* 5 „ui ig̃ (*i. e.* igitur) *G* 6 valemus] *r* ualeamus *RGLK* conemur] *d* conuenimur *D* 7 plerumque] *r* pleraque *R* 8 accurro *GLK* assideo] *r* assiduo *R* adsideo *BH* 9 balneas] *r* balleas *R* ballneas *K* ballacinas *DH* palatinas *k* '*vide Cic. or. p. Rosc. Am.* 7, 18' *Fleckeisenus* 10 etiam] enim *R* causalis *K* 11 adcommodatus *BK* adcomodatus *in* accomodatus *mut. D* assimilis] *d* adsimilis *BH* assimilitudinis *D* 12 ungem *GK* etiam *om. G* ad illud *R* 13 *Sall. hist.* I *v.* § 11; *om. h. l. in testimoniis verborum Sallustianorum enumerandis Kritzius Sall. hist. fr. p.* 6 14 in I historiarum *om. G* Macedonicum] *l* madoni••cum *L* 15 ut ad haec] *b* ut haec *B* 16 quam in compositione *om. R add. r* 17 per appositionem *om.*, in appositione *in mg. add. K* optinet *BDLK* dia *DH* praepositionis] *d* praepositiones *D* 18 causuali *ex* casuali *corr. L* coniunctione et praepositione *RH* coniunctione *unc. postea deletis incl. r* coniunctione uel praepositione *L* coniunctione prepositione *B* praepositio *post* accipitur *add. DG* *Verg. Aen.* XI 347 19 ob] *b* ◆b(a?) *B* auspicium] *gk* augurium auspicium *BL* augorium auspicium *GK* augurium *B* § 9 senistros *K* 20 vel loco pro] *k* Vello pro *H* accommodativa] *b* accomodatiua *RD* commodatiua *B* 21 poeta] *d* poetica *D* *Verg. georg.* IIII 455 III. *B* 22 Haut *K* *Ver. Rom.* quamquam *GLK* quamquam *B Pal.* ob] ad *Pal.*: *in Ver. lac.* 23 pro merito *ex* pro meritum *corr. D* 24 contra ut ob huius curro oppono *B* ob◆uius (h?) *K* obpono *H* 25 uero obumbro *GLK* 26 dia *H* 27 *Verg. georg.* I 245

p. 986. 87 P. p. 595. 96 K.

Circum perque duas in morem fluminis Arctos,

26 et 'perrumpor' *διαρρήγνυμι*. sciendum autem, quod omnia localia possunt eadem etiam temporalia esse, ut 'per medium forum' et || 'per medium diem' dicimus. nec non etiam aliis rebus ad eandem figurationem omnia localia possunt adiungi, ut 'per virtutem fio laudabilis', in quo quasi locus laudis ostenditur fuisse virtus. est etiam iurandi, in quo vim obtinet *πρός* Graecae, quae apud illos quoque in iureiurando accipitur, ut 'per Iovem' *πρὸς τοῦ Διός*. Virgilius in X:

Per te, per qui te talem genuere parentes.

est etiam perfectivum plerumque in compositione, ut 'perficio, percurro, persevero, percipio, peroro'. adverbii quoque vim obtinet, quando pro 'valde' accipitur, ut Terentius in Andria:

Per ecastor scitus puer est natus Pamphilo.

abnegationem quoque significat in compositione, ut 'perfidus, periurus'.

27 'Post' et componitur et separatur et significat *μετά* Graecam praepositionem, sed non quando loco *σύν* accipitur, sed quando ordinem magis significat sive loci sive temporis sive cuiuscumque alius rei, ut Virgilius in III georgicon:

post montem oppositum.

similiter dicimus 'post multum tempus' et 'post pietatem utilitas ponenda est'. loco etiam adverbii ponitur, ut Terentius in adelphis:

post faciet tamen,

pro 'postea'. Virgilius in VI:

ille ad|mirans venerabile donum
Fatalis virgae longo post tempore visum;

nam quando praepositio est, ablativo iungi non potest. derivatur ex hoc 'posterus' et 'postica'.

'Cis' et componitur et separatur et magis localem habet significationem, ut 'cisalpina Gallia' et 'cis Rhenum'. possumus tamen per translationem et in tempore et in aliis rebus ea uti, ut 'cis definitum tempus',

1 Circum perque] *r* Circumque *R* 2 *διαρρήγνυμι*] *r* ΔΙΑΡΡΑΓΝΥΜΙ *R* ΔΙΑΡΗΓΗΥΜΙ *BH* ΔΙΑΠΗΓΝΥΜΙ *D* ΔΙΑΡΡΗΓΝΥΑΜΑΙ *GL* ΔΙΑΠΗΓΝΥΑΜΑΙ *K* autem] tamen *G* omnes locales *B* 3 temporales *B* ut] *k* et *LK* ut per medium forum *om. G* 4 omnes locales *B* 5 fio] *h* fi*** *H* laudabilis *in litura h* 6 fuisse uirtutis *r* etiam *om. K* quo uim *ex* quorum *corr. K* uim *add. d* optinet *BHL* 7 in *om. D* 8 Iovem] dñ *B* TOI *B* ΔΥΑΟC *D* *Verg. Aen.* X 597 X *Krehlius* XI *libri* 9 potentes *G* 10 etia *R* perfectivum] perfecti uñ *G* perfecti unde *L* perfectionis *K* 11 peroro percipio *K* optinet *BHL* 12 *Ter. Andr.* III 2, 6 in Audria *om. G* 13 pampilo *GLK* 14 compositione] *r* compositionem *R* 15 seperatur *L* meta *R* AMAETTA *GLK* 16 non *om. Heidelb. teste Lind. del. r* sed quando *om. Heidelb. teste Lind. del. r* 17 significat magis *K* locis *D* cuiusque *G* *Verg. georg.* III 213 18 III *ex* IIII *corr. K* IIII. *B* 20 utilitas] *r* uilitas *R* 21 ut Terentius] *d* uterentius *D* *Ter. adelph.* I 2, 30 in adelphis *om. G* 22 faceret *Terentius et sic lib.* II § 20 *ubi codd. nonnulli* facere 23 *Verg. Aen.* VI 108 *sq.* VII *K* 24 ammirans *L* domum *R* 25 post tempore] *r* postempore *R*, *quod per se rectum recipere dubitavi, cum neglegentiae scriptoris unam t pro duabus scribentis originem videatur debere* 29 renum *g* renum *DGLK* 30 ea uti] *r* eati *R*

p. 867. 88 P. p. 596. 97 K.

sicut 'ultra definitum', vel 'cis naturae leges', ut 'ultra naturae'. derivatur ex hoc 'citra'.

'Trans' quoque et componitur et separatur, ut 'transfero, transveho; 28
trans Padum, trans Tiberim'. est tamen quando in compositione amittit
n et s, ut 'traduco, trado, traicio, trano'. et composita quidem διά
Graecae vel παρά vel ὑπέρ loco fungitur, ut 'transveho' διακομίζω, 'trado'
παραδίδωμι, 'transgredior' ὑπερβαίνω, ut Sallustius: communem habitum transgressus, pro 'supergressus'. πέραν vero significat, quod est adverbium apud Graecos, separata, ut 'trans mare' πέραν τῆς θαλάσσης. ‖

Sciendum, quod omnes monosyllabae praepositiones tam accusativo 29
quam ablativo casui servientes et componi et separari possunt, excepta
'cum', pro qua 'con' in compositione semper invenitur praepositiva, eandem significationem habens quam 'cum' praepositio, ut 'concurro, conficio'. nec scriptura tamen multum discrepat: antiqui enim pro 'cum' 'com' scribebant. et saepe tamen m in n, sicut et n in m, converti solet, ut 'communis, imperator; eundem, tantundem'. praepostere tamen, ut quibusdam placet, cum ablativo pronominum componitur 'cum' praepositio, ut 'mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum'; aliis vero ideo enclitici vice fungi postposita videtur, ne, si acuatur, adverbium esse putetur, de quo tamen in pronomine latius disseruimus. 'clam' enim magis 30
adverbium est, cum nec localem habeat aliquam significationem, quam plerumque praepositiones possident, et qualitatem demonstret, quae in adverbiis inveniri solet et diminuitur, quod nulla praepositio habet, ut 'clanculum', et potest etiam absque casu proferri, ut 'bona aperte facit, mala | clam' et quod apud Graecos absque ulla dubitatione adverbium est. nihil mirum tamen, quod praeponatur casui, cum multa adverbia, et maxime localia, et apud Graecos et apud nos soleant casibus praeponi,

1 etiam habuerunt *O* varient] *d* uariant *MDGL* 3 nec] uel *S* poterant *Ld post* poterat: ÷ quare prima et secunda nominum persona singulas habent uoces *add. S* 4 persona *om. O* singulas *om. G* sigulas *D* habeant *G* 5 abscisa] *d* abscissa *DG* 6 quipe *S* ea] uel eas *in mg. S* 7 *post* significat: praesentem (presentem *r*) et iuxta positam quae conspicua possit haberi (habere *S*) etiamsi uoce non (non *om. S*) discernantur. ipsa tamen demonstratione genera *add. S et in mg. r* absque discretione generum *om. S* discritione *L* 8 histe *D* his *Rr* 9 longue et iuxta *L* iuxta] *r* iusta *R* 10 diffinitionis *GL* causa] causae cuiusdam *M* cuiusdam *L* cum consequenti] cum sequenti *L* c̄sequenti *N* consequenti *G* 11 acceperunt] *r* acceperint *R* 12 DE CONSTRVCTIONE PRONOMINVM *inscr. N* Quemadmodum] *r* quemadmonum *R* quemammodum *L* 13 nominatiu' *S* nominatiuus quidem transitiuae *O* intransitive] *r* intransitiuae *RD* obliquis uero transitiuae obliquis uero transitiuae *Rr* 14 coniungantur Unteotistus *Rr* theotistus *hic et per sqq. N* 15 teoctisti (h) *hic et in sqq.* h *inter* e *et* o *sive immisso sive eraso D* teoctisti *r* teoctiste *R* illius *G* Theoctisto] *r* theotisto *R et sic per sqq.* 16 vel istum *om. O* 17 gaudeo] *r* gaudio *RD* 18 iungitur *D* prius *N* *in voc.* naturaliter *desinit G* 19 ut] ÷ ut *S* vel] *r* & *R* lege** (re) *D* *Verg. Aen.* X 228 *sq.* 23 constructionem] *r* constructione *R* 24 transitiuae *Rr* *post* transitive: ut apollonius legit homerum (homorum *d*) *add. Sd, notis* ÷ *et* : *inclusit i. e. delenda esse significavit S* theotistus *M* 25 spirat] *rd* spira *R* spiret *D* enim *add. r*

p. 1068. 69 P. p. 44 K.

obliquorum adiunctione, id est transitione in alias personas, affectus tamen singulorum ostendentibus verbis, ut 'ego doceo illum' vel 'Theoctistus docet Priscianum, ego doceor ab isto, tu doceris ab illo'. sciendum autem, quod impersonalia, sive transitive sive intransitive proferantur, obliquis casibus iunguntur, nisi per defectionem proferantur:
68 intransitive, ut 'curritur a me' pro 'curro' vel 'statur a te' pro 'stas' vel 'sedetur ab illo' pro 'sedet ille'; quamvis in eis quoque potest ipsa res intellegi voce passiva, ut 'curritur cursus' et 'bellatur bellum', unde etiam, si non addatur a quo, potest tamen sensum complere ipsius rei, quae agitur. Virgilius in VII:

certatur comminus armis.

Terentius in eunucho:

quid agitur? - Statur.

transitive, ut 'miseret me tui, pudet te mei, paenitet illum sui'. 'mei' autem et 'tui' et 'sui' genetivos hic intellegimus primitivorum, qui
69 iidem et possessivorum sunt genetivi. nec mirum, eandem vocem mutatione significationis ad aliam speciem transire, cum soleat diversa significatio easdem voces etiam ad alias partes trans‖ferre, ut nomina in adverbia, sublime volat pro 'sublimiter', sole recens orto pro 'recenter', et contra adverbia in nomina, ut sponte sua, et mane novum, et participia in nomina, ut 'amans' ὁ ἐραστής, 'sapiens' ὁ σοφός, 'doctus' ὁ εὐπαίδευτος, 'factum' τὸ ἔργον; carent enim tempore in his significationibus. igitur non voces magis valent in partitione dictionum quam earum significationes.

Loco nominum pronomina ponuntur, non, ut quidam existimant, propter nominum ignorantiam. quae enim ignorantia nominum est, cum dicat Aeneas ad Didonem:

1 affectus *ex* affactus *corr. D* *post* tamen: id est significationes *add. O, D sup. lin., r in mg.* 2 ostendunt *O* ostendentibus uel dunt uerbis *D* istum *MODNS* vel] ut *MD* 3 pscianum *L* 4 siue *ante* intransitiue *add. r* 5 adiunguntur *L* proferantur] proferantur obliquorum casuum *S* proferantur intransitiue proferantur *Rr* 7 stas et sedetur *L* sedetur] *d* sedentur *D* 9 sensum *Rr* 10 ut uirgilius *S* *Verg. Aen.* VII 553 (*def. Verg. Pal.*) 11 certatur] pugnatur *libri Verg.* (pugnantur *Dorvill.*) bellatur *Prisc. lib.* XVIII § 55 *et sic h. l. S* 12 terrentius *MO* *Ter. eun.* II 2, 40 13 quid] *r* qui *R* 14 miseret mei tui *M* 15 et *ante* tui *add. r* 16 qui iidem] *r* qui idem *RML* qui quidem *DS* quidem *ON* eadem *O* 17 cum soleat] *d* Consoleat *D* 18 nomina in] *r* nona *R* 19 ut sublime *N* sublime volat *cf. adn. ad lib.* XV § 5 uolant *M?* uolans *S* sublimiter *ex* subsimiliter *corr. M* *Verg. georg.* III 156 req,ns orto pro req,nter *L* recenter. ccontra *M* 20 sponte sua] *Verg. Aen.* VI 82 *etc. cf. lib.* XIIII § 17. sua sponte *S* mane novum] *Verg. georg.* III 325 nouo *OL* 21 partipia *D* ΟΘΡΑCIΗC *N* σοφός] *sic R* COΦΗC *r* 22 εὐπαίδευτος] *d* ΕΥΠΑΔΕΥΤΟC *D* ΕΥΠΑΤΟΕΥΤΟC *M* ΕΥΠΤΟΕΙΤΟC *R* ΤΟΕ.ΡΤΟΝ *N* ΤΟ ΟΡΓΟΝ *S* tempora *O* 23 voces] *r* uocis *R* parti****tione (cipa) *Rr* 24 earum] *r* eorum *RMNL* 26 ignorantiam] *r* generantiam *R* 27 aeneas *S* Didonem] *r* ditionem *R* *Verg. Aen.* IIII 333 *sq.* (*def. Verg. Rom.*)

p. 1069. 70 P. p. 44—46 K.

ego te, quae plurima fando
Enumerare vales?

sed manifestum, quod quia non possunt nomina in prima et secunda esse persona, ut ostendimus. | at dicet aliquis «quid igitur? non etiam igno- XI 70
ratis nominibus dicimus 'ego' et 'tu'?» ad quem respondendum est, quod ex accidente hoc fit [id est demonstratione propriae qualitatis], cum similiter etiam cognita nomina pronominalem saepe exigunt constructionem. non minus tamen sic quoque loco eorum accipiuntur. vi enim proprium nomen intellegitur per pronomen: non dico vocis nomen, sed quod ex ea ostenditur, id est propria qualitas suppositi, in qua sunt propria nomina. quamobrem ad nihil utile pertinent pronomina, si carent personis ostendentis et eius, qui ostenditur. itaque cum scribuntur per se pronomina, nimium infinita sunt, scilicet cum sua materia excidunt [id est demonstratione qualitatis propriae]. unde rationabiliter, qui sibi invicem scribunt, solent nomina praeponere propria, quibus sine perfectio orationis non constaret, cum ponantur pronomina tam primae quam secundae personae propter accidentes actus tam scribenti quam illi ad quem scribit. praepositis igitur nominibus propriis, ut 'Cicero Bruto', vi ad ea de- 71
monstrationes faciunt pronomina. si enim ponam 'ego tibi et dudum scripsi', ostendit per pronomen 'ego' nominis praepositum nominativum, per 'tibi' autem dativum secundae personae, qui loco dativi nomi||nis praepositi accipitur. nec dubium est, quod sublatis nominibus antepositis etiam pronomina infinita fiunt.

Est autem causa, propter quam nomina non possunt accipi in prima et secunda persona, quam superius quoque diximus, vel quod substantiae et qualitates generales et communes et speciales et individuae, in quibus sunt nomina, non habent certam discretionem personarum, ut puta 'omnis homo' et substantia potest dici et animal et homo, et nominari 'Plato' vel 'Cicero' vel 'Virgilius' vel quodcumque ex propriis nominibus potest imponi uni ali|cui ex omnibus. prima autem persona ad nullum XII 72
pertinet nisi ad ipsum qui loquitur; nec secunda ad alium nisi ad eum

1 plurima] *r* plura *R* 2 enumerale *R* 3 quia *om. D* 4 an^{t} *Rr* aut *DS* ut *L* qui^{d} *Rr* 5 quem] quod *M?* est *om. MDNSL* s. ē. *spscr. n* 6 accidente] *r in* accidenti *mut. N* occidente *R* accedente *L* 8 minis *M* sic] *r* sit *R* vi] Si *S* proprium nomen] *r* pronomen *R* 9 intelligitur *ex* intellegetur *mut. N* sed] et *O* 10 qualitatis *RrM* subpositi *RS* nomina *ex* nomena *corr. D* 11 ad] *d* a *D* careant *MONSL* 12 qui] quae *MO?DNS* ostenditur] *sic N* uel ostendatur *sup. lin. n* cum scribuntur *ex* conscribuntur *corr. D* per se *om. OVSL* 13 cum a sua *N* excidunt *ex* excedunt *corr. N* excedunt *ML* idēm *M* 15 sine quibus] *MS* 16 cum ponantur] Cumponantur *r* Componantur *R* Cum ponuntur *L* 17 accedentes *L* scribenti] *d* scribendi *D* scribentis *Or* 18 vi *om. O* eas *S* 19 no^{c} *Rr* 20 ostendit] *sic RM* ostendi *O?DNSLr τὸ γὰρ 'ἐγά σοι καὶ πάλαι ἔγραψα' δείκνυσι Apollon. l. l. p.* 113, 9 22 accipiuntur *O* 27 sunt] sint *O* ut pote *L* 30 uni *om. O* ex noibus *N* 31 ad alium] *sup. lin. L* ad aliam *N* ad eum ad quem *NL*

in quem intenditur sermo vel propter hoc autem vel etiam propter illud, quod non ipsi nobis imponimus nomina, quod suum est primae personae, nec ad eos qui nascuntur intendentes sermonem, quod est secundae personae, eorum positionem (id est nominationem) facimus. necesse est ergo in tertiam personam concedere nomina per omnes casus absque uocativo, qui primus transfert positionem a tertia persona ad secundam, propterea quod per eum fit demonstratio praesens eius, in quem facta sit
73 positio nominis. illud quoque manifestum, quod a nobis verba facientes, id est proferentes, ad alias debemus ea personas intendere. et apparet, quod non licet nominibus uti, quod tertiarum sunt ea personarum, sed ratio exigit a prima ad secundam fieri verba; quamobrem subierunt pronomina, hoc quod non poterat nomen complentia, cum dicimus 'ego tibi scripsi'.

Praedicta autem est causa, quapropter pronomen unum pro omnibus accipitur nominibus, id est quod demonstrationem vel relationem habet alicuius certae substantiae, quae in omnibus propriis est nominibus, una
74 eademque voce significanda. nemo tamen putet, quod nihil usus habeant tertiae pronomina personae, cum omnia nomina in eam possunt personam accipi, et dicat: 'si possent in prima et secunda inveniri nomina persona, fortassis nec excogitarentur pronomina'. nam possu||mus ad hoc dicere, quod pronomina semel no|minum loco nata ex accidente habuerunt etiam demonstrationem; sub oculis enim omnes eorum personae plerumque cernuntur. itaque praecipuum habuerunt accidens demonstrationem, quae profecta per coniunctionem primae et secundae personae pervenit etiam
75 ad tertiam. non igitur quod non habet tertias personas nomen, ideo excogitata sunt pronomina, sed quoniam expers est demonstrationis, quae est in pronominibus. itaque inest utrumque in illo Virgiliano:

hic Caesar et omnis Iuli
Progenies,

1 autem *om. L* 2 *post* nomina *sqq. usque ad* nomina *om. R add. r* 3 nec adeo qui *L* 5 ergo ad tertiam *L* 7 eum] *r* eam *RODS* quidam codices habent per eum ut subaudiatur uocatiuum *d in mg. cf. Apollon. l. l. p.* 113, 25 *sqq.* 8 nominis (h) *Rr* 9 apparet] *d* aparet *D* 10 ea] *r & R* 11 uerbi *O* 14 est *om. R* quampropter *Dd* 16 una] in *O* 17 eademque *Rr* significandum *RMOD* significandam *L* habent *MODNS* 18 omnia nomina] *OSr* nomina *RMDN* omnia *L* δυναμένων τῶν ὀνομάτων παραλαμβάνεσθαι *Apollon. l. l. p.* 114, 13 19 possent *ex* possunt *corr. D* secunda persona inueniri nomina personae *O* persona nomina *S* 20 ad *om. O* dicere] *r* cidere *R* 21 quod *om. O* nominum loco *R* loco nominum *N* nata *ex* nat& *corr. D* accedente *L* 22 demonstrationes *O* plerunque *L* 23 praecipuum] *ex corr. r* p̄tium *ni f. R* accedens *L* demostrationem *L* 24 profecta *N* profecto *MDSr, at v. Apollon. l. l. p.* 114, 22 *sqq.* coniugationem *SL* uel coniunctionem *add. s* personae *om. S* 25 quod habet *M* habeat *D* cogitata *O* 26 sed *om. O* expers est] *r* expsem *R* 27 utrunque *L* *Verg. Aen.* VI 790 *sq.* 28 hic Caesar] *π cum Vergilio et libris Prisciani infra* § 79 Caesar hic *μ* hic augustus (*sic r*, hic augustis *R*) *libri* omnis] *r* omni *R* iulii *N*

satis necessarium. quia enim cernitur Augustus, demonstratione usus est per pronomen, quae nomine fieri non poterat hic; ut autem qualitatem quoque propriam ostenderet personae, quam demonstraret, addidit 'Caesar'.

His itaque ita se habentibus certum est, quod, si dicam 'Priscianus scribo' et his similia, sine dubio incongrue dico, nec propter aliud quid nisi propter personarum inconsequentiam: tertiae enim personae est nomen, verbum vero primae; est igitur consequens, quod in duabus 76
tertiis profertur, ut 'Priscianus scribit'. non tamen omnino ubique hoc observamus; quae enim substantiam significant verba vel nominationem, asciscunt aptissime nomina et in prima et in secunda persona, id quod est in aliis inconsequens, ut sum pius Aeneas, 'Cicero nominor' et his similia, quamvis auctores inveniantur licentia solita utentes et aliis quoque verbis primae vel secundae personae coniungentes nomina, ut Homerus:

Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὅς σε πάρος γε
Ῥύομαι.

Euripides in Hecuba:

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα | καὶ σκότου πύλας
Λιπὼν . . . Πολύδωρος.

idem in Bacchis:

Ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίαν κατὰ
Διόνυσος.

1 necessarium est. *L* 2 quae a nomine *D* qui nomine *O* 3 personae] *r* personam *R* demonstraret] *r* demonstret *R* demonstrat *in* demonstrarat *mut. N* demonstrabat *M?* 4 Caesar] *α* augustus *RMONSL 2, 3* μπ augustum *D* angustus *1* 5 itaque ita] *scripsi* τούτων ουν (ούν *om. cod. Vat. ed. Ald.*) τῇδε ἐχόντων *Apollon. l. l. p.* 115, 6 itaque *ML* itaque *Rr* ita* (q;) *D* ita *ON* itaque igitur *S* pscianus *L* 6 incongruae *Rr* congrue *O* 7 inconsequentiam] *r* consequentiam *RS* 9 pscianus *L* ubique *om. S* 11 adsciscunt *Md* assiscunt *S* in *ante* secunda *add. d* id * quod (ꝯ) *L* 12 inconsequens] *m. rec. in S* consequens *S Verg. Aen.* I 378 ęneas *D* 13 his *om. R?* auctores] gr̄or *in mg. add. L* auctores grecorum *NS* inveniantur] *r* uariantur *R* solita *ex* soluta *corr. D* vel] et *MO?L* 15 *Hom. Il.* XV 256 *sq.* 16 ΦΟΛΒΟΝ *N* ΦΟΙΒΝΑΤΙΟΝ ΑΛΛΟΝΑ *R* ΑΠΟΛΛΟΝΑ *MDNl sup. ras.* 4-5 *litterarum* ΑΠΠΟΛΛΟΝ.ΑΧΡΥC.ΜΟΡΟΝ. *S* ΧΡΙCΑΟΡΟΝ *D* ΧΡΙCΑΕΡΟΝ *N* ὅς σε] ΟCΕ *R* ΟCCEN *D* ΟCCEN *MN* πάρος] ΙΤΑΡΟ *N* γε] *D ex corr. et haec codd. aliquot Hom. veluti Harl. Vind. quint. Lips. lectio indicata videtur per* ΤΕ *in RMDpr. NSL* ΠΕΡ *O?α cum Homero (sic Ven.)* 17 ΡΙΟΜΑΙ *N* ΡΙΟΝΑΙ *SL* ῥύομ', ὁμῶς *etc. Homerus* 18 Euripides] *r* euripes *R* *Eur. Hec.* 1-3 in heucuba *Rr* in heucuba *M* *** inicuba *D* in hecubia *N* incuba *L* 19 ΗΚΑ *N* ΗΚΑ *D* ΝΕΚΡΟΝ *RSL* ΝΚΡΟΝ *D* ΝΚΡΩΝ *MN* ΚΑΙΕΜΑΩΝΑ *D* ΚΕΥΕΜΩΝΑ *N* ΚΕΥΔΕΜΟΝΑ *Sl in ras.* CΚΑΤΟΥ *M* CΚΟΤΟΙ *N* σκότους *v. l. cod. Marc. A Eurip.* πύλας] *Euripides* ΠΑΛΑΑC *RMSL* ΤΙΑΛΑΑC *D* ΤΙΑ.ΑΑΑC *N* πύλας λιπὼν] ΠΥΛΗΥΦΥΝ *O* 20 λιπὼν] *2, Euripides* ΛΕΙΠΩΝ *R* ΕΙΠΟΝ *S* ΛΕΙΩΝ *M* *ΕΙΠΟΝ (Λ) *L* ΛΕΙΩΝ *N* *post* λιπὼν: ἵν' Ἅιδης χωρὶς ὤκισται θεῶν, *codd. certe Prisciani om.* λιπὼν—Διὸς] ΕΑΙΑΝ *D* ΠΟΛΙΔΩΡΟC *L* ΠΟΛΙΔΟΡΟC *SL* ΠΩΛΙΔΩΡΟC *R* ΠΩΛΥΔΩΡΟC *M* ΠΩΡΟC *N* 21 idem in Bacchis] GR̄E. *S* *Eur. Bacch.* 1 *sq.* bachis *RNL* 22 ΗΚΩΛ|ΤΟC *N* ΠΑΙC *RS* ΤΙΑΙC *D* ΙΤΑΤC *N* ΤΗΝΔΘ *R* ΤΗΝΑΕ *N* ΤΝΝΑΕΕΒΑΙΑΝ *D* Θηβαίαν] *sic etiam schol. Heph. p.* 183, 14 *ed. alt. Gaisfd.* Θηβαίων *codd. Eurip.* ΘΕΒΑΙΑΝ *RSL* (Α *posterius ex corr. in L*) ΘΕΒΑΙΗ *N* κατὰ] χθόνα *Euripides* ΑΤΩΝΥCΩC *O*

p. 1071. 72 P. p. 48. 49 K.

Thucydides: ἦκω Θεμιστοκλῆς παρὰ σέ, in quibus omnibus de-
77 est 'ego'; nostri quoque, ut Iuvenalis in IIII:

Nam cum sis conviva mihi promissus, habebis
Euandrum, venies Tirynthius aut minor illo
Hospes,

deest enim 'tu'.

Supra dictis vero, id est substantivis, et sine pronomine bene omnes adiunguntur personae et vocativis || verbis. cum enim ipsa verba per se substantiam uniuscuiusque propriam colligant vel substantiae nominationem, necessario relictis pronominibus, quae ipsa quoque substantiam quantum ad vocem solam significant, ad nomina se applicant, quae propriam qua-
78 litatem demonstrant, ut 'homo sum', 'Apollonius vocor'; unde 'ego sum' vel 'ego vocor' per se nemo dicit, cum duplicata substantiae demonstratio sine qualitate nihil perfectum significaret. non erat enim possibile propriam positionem, quae significatur nomine proprio, attribuere voci communi, id est ad omnes generaliter pertinenti, quod est pronomen, si diceremus 'ego sum', 'ego nominor', verba ad pronomen referentes. nam significationem non propriae qualitatis, sed quae communiter omnibus accidit essentiae demonstrativae faceremus, ad quam pertinet 'ego'.
XIII 79 eadem est ratio in ceteris quoque personis. manifestum est igitur, quod, quia confitentur suam positionem nominum supra dicta verba, id est nominationem, evocant ea a tertia ad primam, quando dico 'Priscianus sum' vel 'Cicero vocor', cum specialem | substantiam, quam pronomen additum demonstraret, habeat in se ipsum verbum substantivum vel vocativum.

Itaque frequenter invenimus, demonstrativis pronominibus sitis non posita supra dicta verba tamen intellegi, ut Virgilius in VI:

1 THUCYΔIΔEC *R* TEYCYΔIΔHC *SL* TEYCIΔIBEC *N* TUNCYBIAEC *D* *Thuc.* I 137 *Θεμιστοκλῆς ἦκω παρὰ σέ ἦκω*] *O? Monac. B i. e. M ap. Krehlium, cf. Spengelium Varr. p.* 624 HCω (*sic teste Heinio*) *ML* H.Cω *S* HCO *N* ECω *R* NA *D* *Θεμιστοκλῆς ἦκω cum Thuc. α* TEMICTOKAHC *R* ΘΘMICTOKANC *M* TEMICTOKAE *N* EEMICTOKAC *D* ΘHNHCTωKAI *L* ΘHNHCTω.KAI *L* ITAPA *N* IAPA *D* 2 iuuenalis *R m. pr. corr.* *Iuv. sat.* IIII 11, 60 *sqq.* 3 conuin*a (i) *R* conuiuia *L* promisus *L* 4 venies] *D* uel ueniens *sup. lin. add. d* tyrinthius *S* tyrintius *D* tirinthius *RMN* thirintheus *L* tirythius *Iuv. Pith.* aut] *MOSL cum Iuvenale* haut *R* haud *DNr* 5 hospes] *n* ospes *NL* 6 enim *om. M* 7 et] *d om. DS* pronominē. bene *N* 8 per] *r* pro *R* 9 ipsiuscuiusque *S* vel] cum *O* 10 ipsa] *r* ipsam *RD* substantiam quoque *D* 11 uocem solam *R* solam uocem *N* *post* qualitatem: seu generalem seu specialem *add. MO? et in mg. rds* 12 appollonius *RDL* 14 nil *N* enim erat *DN* 15 attribuere] *r* atribuere *R* adtribuere *N* 16 communi *ex* commune *corr. R* pronomen *add. r* 17 refferentes *L* refertur *O* 18 proprie *DLO?* 19 essentia *O* demonstratiu*e (a) *L* demonstratiue *RMOD* 20 personis] praesentis *O* 22 primam] *d* prima *D* p̄scianus *L* 24 additum *Rr* demonstraret *N ex corr.* habeat et ipsum *O* 26 sitis] positis *NS* suis *M* 27 *Verg. Aen.* VI 790 *sq. cf.* § 75 VII *N*

p. 1072. 73 P. p. 49 K.

hic Caesar et omnis Iuli
Progenies.

adeoque demonstratio huius est causa, quod adverbiis quoque demonstrativis saepe positis, non est necesse addere supra dicta verba, ut Virgilius in I Aeneidos:

Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae?

idem in III:

Nam Polydorus ego.

idem in eodem:

Ecce tibi Ausoniae tellus, hanc arripe velis.

nec non etiam nomine substantiae posito frequenter deficiunt verba substantiva. Lucanus in I: 80

Quis furor, o cives, quae tanta insania ferri!

Virgilius in IIII Aeneidos:

Quis tibi tum, Dido, cernenti talia sensus!
Quosve dabas gemitus!

et 'qualis' tamen et 'quantus' positis infinitis, pro qui||bus etiam 'quis' ponitur, saepius deficiunt verba substantiva, quomodo etiam participiis, ut Iuvenalis in IIII:

O qualis facies et quali digna tabella!

Virgilius in I Aeneidis:

Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,
Hinc fore ductores revocato a sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni dicione tenerent,
Pollicitus.

(non tamen etiam, si dicamus 'Cicero accuso', bene dicitur, ut si 81 dicam 'Cicero sum'; non enim accusationis verbum proprietatem sic significaret substantiae, quomodo substantivum verbum, vel nominationis,

1 cesar *MDNS* iulii *N* 3 adeoquae *Rr* adeo quoque *N* Ideoque *S* demonstratio rei huius *N* *post* quod: non solum pronominibus sed *add. O* (*an post* causa *O?*) *S. r in mg., d sup. lin.* 4 *Verg. Aen.* I 617 6 ille *D* quem] *r* quam *R* anchise *DNS* 7 *Verg. Aen.* III 45 III eneidos *S* 8 polidorus *MDNSr* polideirus *R* pallidorus *L* *post* ego: hic confixum ferrea texit *ad versum complendum add. S* 9 *Verg. Aen.* III 477 (*def. Verg. Rom., post* Auso *lacuna in Pal.*) 10 Eccę *N* vellis *M* 11 positio *M* 12 *Luc. Phars.* I 8 13 o cives] *r* occes *ut vid. R* quae tanta *ex* quantanta *corr. D* insania] *sic etiam vetus ms. Cantabrig. Prisciani a Bentleio l., voc. ex Verg. Aen.* II 42 *vel* VII 461 *huc illatum;* licentia *S et codd. aliquot a Cortio et Martyni-Laguna ad Luc. l. comm. et a Wassio in indice Sall. s. v. licentia l. cum Lucani Voss. AB et rell. tantum non omnibus* 14 *Verg. Aen.* IIII 408 *sq.* (*def. Verg. Rom.*) 15 tum] *sic etiam Verg. Pal.* tunc *N Verg. Med.* sensu *Rr* 16 dabas] *Verg. Med. m. alt.* debas *m. pr.* gemitus] *r* genitus *D* geminis *R* 17 infinitis *sup. lin. add. L* pro *om. O* 19 *Iuv. sat.* IIII 10, 157 20 quali digna tabella *ex* qualia dignata bella *corr. L* 21 *Verg. Aen.* I 234 *sqq. cf. adnot. ad lib.* VIII § 68 aeneido *Rr* 23 fore] *r* foro *R* uocato *O* a] *om. R* 24 dicione] *r* ditione *RDSO?* decione *L* 25 pollicitus *S* 26 accuso acuso *Rr* 27 propriaetatem *Rr* sic] *om. L* si *Rr* ṣi *M* 28 significaret] *s* siguificat *NS*

p. 1073. 74 P. p. 49—51 K.

quae per vocativum verbum indicatur.) participiis quoque, quae tertiae sunt personae, quomodo nomina, substantiva bene sociamus verba, ut possint loco trium verbi personarum fungi, ut 'ama|tus sum, es, est, doctus sum, es, est'. quae si deficiant, infinita pro his subeunt nomina substantiva cum verbo, ut 'ego sum, qui amor', id est ὁ φιλούμενος, vel [illegible]ui amasti', id est ὁ φιλήσας; haec enim desunt
82 apud nos participia. attende in his quoque quanta vis est substantiam significantium, quod et loco participii, quod et substantiam ipsius, 'qui agit vel patitur, et actum vel passionem significat, accipitur nomen substantivum cum verbo - ut 'quid est amans?' 'qui amat', 'quid est nascens?' 'qui nascitur' - et loco verbi participium cum verbo substantivo, ut 'pransus sum' pro 'prandi', 'meritus sum' pro 'merui'. et nota, quod, cum et nomen, ut supra diximus, et verbum substantivum invicem, hoc cum participio positum lŏco verbi', illud cum verbo loco participii fungitur, ad omnes quoque personas pronominum refertur: 'ego qui scripsi, tu qui scripsisti, ille qui scripsit'. quòmodo autem pronominibus vocativa verba non adiunguntur, sic nec participiis, quippe ad nominationem pertinentia. substantiva vero aptissime adiunguntur, cum actus vel passionis essentiam cum participiis significant, ut 'amatus sum, es, est'.

XIIII 83 Deinde dicendum de constructione pronominum ad verba. obliqui casus pronominum omni modo ad verba || feruntur, quomodo et nominum, ut 'illius misereor, illi noceo, illum accuso, illo nitor'. ex qua constructione intellegitur, qualis nascitur affectus personae, sed non reciprocatur, quod dicimus. non enim omnia verba obliquos desiderant casus nominum vel pronominum, quomodo omnes obliqui casus verba desiderant, quoniam quaedam ex his perfecta sunt et absoluta, quaedam defectiva, ut si dicam 'am|bulat homo, vivit, currit, sedet', similia,

2 quomodo nominibus *S* 3 possint] *r* possent *R* est et doctus *O* 4 quae] *r* qua *R* deficiant] *r* deficiunt *R* subueniunt *S* 5 uerbo *ex* uerbum *corr. M* quiam⁂or (ai) *D* ΦΙΑΟΜΕΝΟC *L* ΦΥΑΟΥΜΕΝΟC *S* ΦΥΑΟΙΜΕΝΟC *N* ΦΥΑΥΜΕΝΟC *D* 6 φιλήσας] *r et in ras. l* ΦΥΑΗCΑC *D* ΦΙΑΝCΑC *R* ΦΥΑΟΜΕΝΑC *N* 7 participia idem praesentis passiua et praeteriti actiua. et *O* adtende *RMNS* 8 quod et loco *ex corr. r* quod et] quando et *in ras. r* 9 uel qui patitur *N* 10 ut qui[d] *L* 11 et loco] [l]edoco *Rr* verbi] *r* uerbo *R* uerbo *ex* uerbum *corr. M* 12 prandi] *m* pransi *M* 14 cum uerbo quoque loco *N* 15 [re]fertur *L* ut ego *Sn* 16 ille] *r* ile *R* scripsit] *r* scribsit *R* scripsit. similiter potest dici ego pransus sum tu pransus es ille pransus est. quomodo (pransus *ter in ras.*) *N* 17 sic] *r* si *R* participiis] *m* partitipiis *M* 18 quippe] *r* quoque *R* adiunguntur *ex corr. r* 19 passiones essent iam cum *L* significant *sup. lin. add. rm om. L*

21 DE OBLIQVORVM CASVVM CONSTRVCTIONE PRONOMINVM AD VERBA *inscr. N*

Deinde — ad uerba *om. N* de constructione *sup. lin. add. L* aduerb⁂a (i) *R*

22 feruntur] .i. referuntur *spscr. r* referuntur *NS* 23 illis mise[u]misereor *Rr* 24 effectus *D* 27 his] *r* iis *RO* eis *S* et perfecta sunt et *M* defectatiua *L* 28 currit uiuit *R* sedet] ⁂⁂ et *N* s;et *n* sed & *DSL* sedet et *M? O? 1 fort. recte*

p. 1074. 75 P. p. 51. 52 K.

quae sunt absoluta, non egent obliquis casibus; sin dicam 'accusat, videt, insimulat', imperfecta sunt et egent obliquorum casuum adiunctione ad perfectionem sensus. sed de his oportunius separatim, cum de verbi constructione tractemus, dicetur.

Quidam tamen putaverunt, perfectiorem esse verborum constructionem, si pronomina assumant: 'ego scripsi tibi, ego loquor tibi' et similia, cuius approbationem dicunt esse eam, quod, cum dicam 'ego quidem affui, tu vero non', si tollas pronomen, incongrua erit locutio. sed hoc facit hic maxime coniunctio 'quidem'. itaque ego non 84
arbitror, quod dicunt, verum esse generaliter; non enim omnimodo egent pronominibus verba, idque affirmatur non ex poëtica solum constructione, cui licet et deficere et abundare, sed ex communi elocutione doctorum et maxime a scriptorum constructione, qui sine metris scribentes perspicaci magis ea utuntur et ex vi ipsius orationis solent quod necessarium est apponere.

Cum manifestum est de obliquorum constructione, sciendum, quod insunt in quibusdam partibus orationis aliarum partium intellectus, ut, si dicam 'Aiax', intellego et unum per numerum singularem; si dicam 'Anchisiades', intellego genetivum singularem primitivi et 'filius' cum nominativo singulari; si dicam 'divinitus', intellego nomen cum 'ex' praepositione [id est 'ex diis']; si dicam 'fortior', intellego 'magis' et positivum primitivi [id est 'fortis']. innumera||bilis est huiuscemodi exem- 85
plorum copia. nec est dicendum, quod, si dicam 'Anchisiades', deest et debet ei addi 'filius' — et si addatur, poëtica est licentia, quo|modo et praepositiones solent addere et minuere, ut Terentius in Andria:

Ad te advenio spem, salutem, auxilium, . . expetens.

Virgilius in I Aeneidos:

scelere ante alios immanior omnes;

1 si^{n} *N* 2 insimulat] *S* insimulatur *r rell.* &simulatus *R* inperfectiua *D* et] ut *O* 3 adiunctionem *M* perfeccionem *R* de *sup. lin. add. r* his] his unus *O* sepatim *N* 4 verbi] *r* uerbo *RO* tractemus dicetur] *r* dicemus tractetur *R* tractabimus *O?DNS* 6 sumant *r* sumunt *R* ut ego *O?L* 7 approbationem] *l* approbation* (i?) *L* 8 adfui *MOD* uero *add. r* tollas] *r* tollis *R* incongrua uel incognita *M?* elocutio *MD* 10 verum] utrum *O* 11 itaque *O?* adfirmatur *RON* 12 liquet *L* licet deficere *N* abundare] *r* habundare *RN* elocutione ectione doctorum (*subest v. l.* elocutione) *N* *post* elocutione *vocc.* doctorum — constructione *om.*, *sed in mg. add. M* 13 perspicaci magis] *r* perspica|cis *R* perspicaciter magis *N* 14 orationis *om. O* *post* orationis *sqq. usque ad alterum* orationis *om. R add. r* 18 dicam Aiax] *r* dicanaiax *R* et hominem et unum *N* 19 primitiui ***** cum nominatiuo singulari. *Dd* quod est anchises quod est filius et filius cum nominatiuo singulari] *del. et in mg. substituit* quod est anchisae cum nominatiuo singulari quod est filius *r et sic in contextu O* cum nominatiuo singulari filius *M, at v. Apollon. l. l. p.* 117, 7 *Bk.* 20 divinitus] *r* diuitus *R* 21 diis] *r* dis *R* 22 positivum] *r* positiui *R* hui'scemodi *S* 23 nec] *r* ne *R* 24 filius addi *O* 25 terrentius *ML* *Ter. Andr.* II 1, 19 26 auxilium consilium expetens *Terentius* 27 *Verg. Aen.* I 347 *cf. lib.* III § 5 eneidos *S*

p. 1075 P. p. 52. 53 K.

'ante' enim cum comparativo positum auctionem auctioni addit. Terentius in Andria:

post deinde,
Quod iussi, ei †dare bibere,

abundat 'post'. idem in eadem:

per . . nimium, non laudo,

'per' supervacuum esse videtur, quamvis amplioris significationis causa potest accipi. idem in eadem:

abhinc triennium

pro 'hinc'. Virgilius in I:

Italiam fato profugus,

deest 'ad' praepositio _, neque si dicam 'Aiax', quod est singulare, deest 'unus'.

86 In verbis igitur similiter accidunt, quae una cum eis intelleguntur, ut in indicativis ipsa indicatio et, quae ex ea intellegitur, affirmatio. unde ad interrogationes respondentes 'etiam' adverbium confirmativum vel 'non' vel verbum indicativum reddimus, utpote habens in se affirmationem, ut interrogandi 'legis?' 'etiam' vel 'non' respondemus vel 'lego'. sed et de his in constructione verborum subtilius tractabimus.

Inest etiam singularis numerus in verbo 'scribo' nec eget, ut addatur 'unus', manifestumque, quod etiam nominativus pronominis inest in verbo. ergo si supra dicta non desunt, quia intelleguntur, nec pronomen
87 deest, nec tamen, si addatur, vituperanda fit constructio. est enim quando amplioris causa significationis adduntur ea, quae possunt, etsi non addantur, intellegi, ut 'legis?' 'etiam lego'; ecce enim hic, quamvis | adverbium 'etiam' per se positum intellectum verbi habeat praedicti in interrogatione, tamen additum non fecit vitiosam orationem, sed magis cer-

1 enim] eum *O* compatiuo *N* conparatiuo *D* positum *sup. lin. add. r* auctionem] *r* auccionem *R* auc**tione *D*. addidit *D* terrentius *L* *Ter. Andr.* III 2, 3 *sq.* 4 ei *om. cod. regin. in Vat.* 1709 *de metr. Ter.* § 17 dare] *sic quoque cod. comm. l. de metr. Ter. l.* dari, *sed* i *ex corr. in ras. Ter. Bas. al.* date *al. cum Donato* biberunt *O* 5 habundat *Rr* *Ter. Andr.* II 6, 24 Tu quoque per parce nimium, non laudo *cf. lib.* XV § 34 6 per nimium — casualibus id est *p*, 159, 10 *fol. uno intercepto excidit, sed m. paulo recentiore suppletum est in D* laudo] *r* laude *R* 7 significantiae *MONS* significantie *D* 8 pro hinc nam minuitur oratio praepositione. *O* *Ter. Andr.* I 1, 42 eodem *S* 9 abhinc] *r* adhinc *R* 10 *Verg. Aen.* I 2 I aeneidos *MS* 12 neque enim si *r* uel is 14 uerbo *L* (uerbis *rell. omnes*) igitur *sup. lin. add. r* accedunt *L* una cum eo *RMODL* 15 ut indicatiuis *D* indicatiuis uerbis ipsa *N* ipsa affirmatio *M* 16 bene respondentes *N* 17 adfirmationem *r* 18 interroganti *M* 19 et *om. RONSL* iis *O* 20 nec] non *O* 21 manifestum quoque *S* manifestumque est *MNO?* inest in verbo] *r* inest in uerbo *M* est in uerbo *R* inest uerbo *NL* 23 fit] sit *M?* add**ntur (a *ni f.*) *L* 24 ea quae] *r* eaque *RN* etiamsi *N* addantur] *r* adduntur *R* 25 legis si interrogatiue proferatur respondeat quis etiam *D* hic] *r* mihi *R* 26 in *om. S* 27 uiciosam *D* orationem] *Dr* uituperationem *R* confirmationem *NL* constructionem *OS* confirmationem uel constructionem *M*

p. 1075. 76 P. p. 53. 54 K.

tiorem; firmior enim fit promissio duplici confirmatione. similiter unum hominem dicimus 'ambulare' ad diversorum multitudinem, non quod ipsi 'homini', cum singulariter dicimus, non inhaereat etiam 'unius' numeri intellectus. iterum ad omni||um abnegationem dicimus 'nullus ambulat, neminem inveni', singulari numero numerum adiungentes singularem. eodem igitur modo, cum absoluta et non discretiva inest prolatio, dicimus absque pronomine 'disputo, disputas'; sin autem alicuius rei dis- 88
cretionem volumus manifestare, addimus pronomen, cuius proprium est discernere personas: non enim, ut indicemus personam, hoc facimus, eam enim habent in se verba. unde infinita eorum, quia deficiunt personis, egent verbis indicativis, ut quod deest ex his assumant. ergo discretionis causa, et maxime si coniunctio assumitur, pronomen additur verbo, ut 'ego quidem affui, tu vero non' vel 'ego quidem scripsi, ille vero legit', vel amplioris causa significantiae, in quo tamen ad alios omnes videtur fieri discretio, ut Cicero in I invectivarum: nos, nos, dico aperte, nos consules desumus, intellegimus enim, quod nemo alius nisi nos. Terentius in Andria:

†ego tibi, furcifer, si vivo,
†Ostendam, quid sit pericli dominum fallere,
Et illi patrem.

et prima quidem vel secunda persona verborum, nisi | discretionis vel sig- 89
nificationis causa, non egent pronominibus, quippe cum sint finitissimae singulisque vocibus pares habeant et praesentes demonstrationes; tertiae vero cum sint innumerabiles, una verbi voce utentes necessario confusionem faciunt infinitam. itaque convenienter ad eam discernendam pronomina, quae sunt finita, adiunguntur tertiis verbi personis, ut per eorum adiectionem incerta significatio finiatur, ut 'scribit hic, scribit ille, scribit ipse, scribit is, scribit idem'. Sallustius in Catili-

1 dupplici *D* confirmatione] *r* constructione *R* 3 homini] *r* nomini *R* dicitur *ODS* inhaereat] *O?1* inhereat *Darmst.*[a] inereat *N* inerat *rell.* unius] *r* unus *R* ambulat homo. neminem *OSr* 5 inueni socium *Or* inueni socium. (socium *sc. delendum esse indicans*) *S* singularem numerum adiungentes *O?* adiungentes] *d* adiungens *D* 6 Eodem *ex* Eo quod *corr. L* 7 rei *om. S* 8 cui** (us) *R* est proprium *MSO?* est *om. RL add. r* 9 prosonas *L* indicemus personas *S* 10 in se uerba habent *M?* deficiunt] *r* deficiant *R* 11 iis *O* assumant] *r* adsumant *MOD* assumunt *R* discritionis *L* 12 additur uerbo pronomen *R* 13 adfui *MD* 15 discretio. Et cicero *S* . *Cic. in Cat. or.* 1 1, 3 uectiuarum *K* nos nos dico] nos non dico *RMDL* nos dico *r* 16 apertae *Rr* nos consules] consules *libri Cic.* 17 terrentius *ML* *Ter. Andr.* V 2, 25 *sqq.* ego pol hodie, si vivam, tibi | Ostendam, erum quid sit pericli fallere, | Et illi patrem (*sic Ter. Bas.; Bemb. def.*), *primo versu ex eun.* V 5, 19 *sq.* ego te, furcifer, | Si vivo *interpolato* 18 furcifer] *rl* furafer *R* forcifer *L* 21 et uel secunda *M* et secunda *L* vel significationis] *om. R add. r* uel significantiae *S* 22 "causa "uel significationis *N* 25 ad eam] ad eandem *N* eadem *L* discernenda *L* 26 personis. Eorum ut per adiectionem *D* per pro *M* 27 significatio uerbi finiatur. *N* scripsit ille scripsit ipse *Rr* scripsit ille scribit ipse *L* scribit ille scribit iste scribit ipse *O* 28 isdem *S*. *Sall. Cat.* 2, 9 *cf. lib.* XVI § 13

p. 1076. 77 P. p. 54. 55 K.

nario: verum enimvero is demum mihi vivere atque frui anima videtur. 'is' in hoc loco et relativum et discretivum est ad omnes.

XV 90 Impersonalia quoque verba, cum per se infinita sint, personarum et numerorum additione pronominum definiuntur et loco perfectorum per omnes modos accipiuntur verborum, ut 'curritur a me, a te, ab illo, a nobis, a vobis, ab illis'; imperativo, 'curratur || a te, ab illo, a nobis, a vobis, ab illis'; similiter optativo, 'utinam curreretur a me, a te, ab illo, a nobis, a vobis, ab illis'; sic etiam per cetera, frequentissime tamen sine additione pronominum proferuntur et ipsum actum significant, licet deficiant pronomina, ut Iuvenalis in III:

Curritur ad vocem iucundam et carmen amicae
Thebaidos.

Virgilius in I Aeneidos:

O dea, | si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum,

deest enim 'tibi'. idem in eodem:

mecumque fovebit
Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.
Sic placitum,

deest 'mihi'.

91 Et passivam quidem vocem habentia ablativo vel dativo more passivorum coniunguntur et intransitive intelleguntur, ut 'curritur a me' vel 'mihi'; activam vero, si sint a perfectis verbis, eorum constructionem servant, ut 'iuvat me, quia iuvo te' _ Virgilius in II georgicon:

Et iuvat undantem buxo spectare Cytorum _;

'placet mihi, quia placeo tibi; contingit mihi, quia contingo tibi'. similiter 'evenit, accidit', cetera quoque dativo copulantur et intransitiva sunt, ut 'licet, vacat, libet mihi', exceptis his, quae accusativum simul et genetivum assumunt: 'paenitet, pudet, taedet, piget, miseret me illius'.

1 uerum est enimuero *D* 2 animae *MOL* his in *Rr* 4 DE INPERSONALIVM CONSTRVCTIONE *inscr. N* Inpersonalia *RDN* sint] fiunt *O* 5 additionem *Rr* deffiniuntur *S* diffiniuntur *L* 6 curratur ***** a te *R* curratur a me a te *SL* 8 curreretur] curcurretur *Rr* 11 deficiant] *r* deficiunt *R* *Iuv. sat.* III 7, 82 *sq.* 12 iucundam] *Lr cum Iuv. Pith. al.* iocundam *RMDNS cum Iuv. Thuan. al.* iocundum *O* amice *RDN* thebaid' *N* 14 *Verg. Aen.* I 372 *sq.* 16 vacet] *sic etiam Verg. Med. Pal. Rom.* uacat *Prisc. lib.* XVIII § 51 annales] *r* anales *R* annalis *Verg. Med. Pal. Rom. et sic R* (annales *r*) *MS lib.* XVIII *l. l.* laborem *Verg. Med.* 17 tibi] mihi *D* *Verg. Aen.* I 281 *sqq.* 21 deest enim mihi *MD* 22 iungntur *MODNS* **iunguntur (ad) *L* intransitiuae *M* curratur *r* 24 michi *N* actiua *MOSL* constructionem] *r* structionem *R* 25 *Verg. georg.* II 437 27 Et] *r* ut *R* buxo *sup. lin. add. r* Cytorum] *r* citorum *RMDL* cithorum *N* 28 contiguit *L* 29 accedit *L* cetera uero quoque *O* intransiua *M* 30 ut licet] *r* et licet *R* quae] *r* que *RN* qui *D* 31 adsumunt *M* piget tedet *N* me et illius *N*

p. 1077. 79 P. p. 55. 56 K.

Duo inveniuntur, quae, cum genetivis aliorum omnium casualium ap- 92
plicantur, quinque tamen solis pronominibus, quorum similes sunt genetivi primitivorum genetivis derivativorum, ne concidant, ablativo possessivi pro genetivo primitivi construuntur, ut 'interest mea, tua, sua, nostra, vestra', similiter 'refert mea, tua, sua, nostra, vestra' (in quibus subauditur 'in re', id est 'in utilitate mea, tua, sua, nostra, vestra'). nam si dicamus, 'interest' vel 'refert mei, tui, sui, nostri, vestri', non ad primitivam personam, sed ad possessionem intellegitur: 'interest mei filii' | vel 'fratris' vel 'tui' vel 'sui' vel 'nostri' vel 'vestri'. cum ceteris enim quoque omnibus casualibus, id est nominibus, pronominibus, participiis, supra dicta verba coniuncta genetivum exigunt ca‖sum, ut diximus, ut 'interest imperatoris, interest meorum natorum, interest docentis' (id est 'pro docenti'). nam participia tam nominum quam verborum sibi defendunt structuram.

Et verborum quidem constructionem servant, quando vel absoluta vel 93
transitiva sunt ad alia casualia, quibus ad consequentiam verbi coniunguntur: absoluta, ut 'spirans vivo, ambulans cogito', quia et 'spiro' et 'ambulo' absoluta sunt; transitiva, 'misereor tui, miserens tui'; 'noceo tibi, nocens tibi'; 'laudo te, laudans te'; 'potior illa re, potiens illa re'. et haec quidem secundum verbum; secundum nomen autem participia construuntur, quod, quemadmodum verba vel intransitive cum nominativo vel transitive cum obliquis nominum ponuntur, sic etiam cum participiis intransitive, ut 'Virgilius scribens floret, ego intellegens delector', transitive, ut 'egeo miserantis, consentio miseranti, video miserantem, potior miserante'. hae enim constructiones quoque obliquorum ad similitudinem nominum et pronominum fiunt, ut 'indigeo illius, indigeo pascentis, faveo legenti', quomodo 'faveo amico, faveo illi; accuso illum, accuso hominem', similiter 'accuso legentem; dignor te laude, dignor te illa, dignor

inueniuntur interest et refert quae *N* aliarum *RM* applicantur interest et refert *S* 2 in quinque *N* tantum solis *L?* sunt *spscr. in L* 3 genetiuis *om. R add. r* deriuatiuorum in ambiguitatem ne concidant cum ablatiuo *N* ne] non *L* uel ne *in mg. l* concedant *ML* 4 primitivi] *r* possessiui *R* 5 *post* vestra: refert — vestra *om. D* nostra vestra in quibus — vestra *om. R add. r* 6 id est] idem *O* 7 refert] *r* refer *R* 9 tui] *r* tu *R* 10 enim *om. D* et pronominibus et participiis *N* exigunt *ex* exigent *corr. R* casum exigunt *N* 13 pro docenti] *R* prodest docenti *rell.* DE PARTICIPIORVM CONSTRVCTIONE *inscr. N* tam *sup. lin. add. r* 15 quidem] *r* quidam *R* 16 quibus ad] *r* quiburad *R* 17 ut spirans] *r* uspirans *R* quia spiro *M?* 18 transitiua uero *S* misereor tibi *R* miserens tui] *r* miserans tibi *R* 19 potior te uel illa *S* potiens illa re *om. RL sup. lin. add. r* 20 haec *ex* hae *corr. N* autem nomen *O* 21 quemammodum *L* intransitiuae *DS* cum nominatiuo uel transitiue *post* intransitiue *om. R add. r* nominatiuo uel transitiue cum *post* intransitiue cum *om. O* 22 transitiuae *D* obliquis casibus nominum *S* participio *S* intransitiue (a) *R* .Intransitiue. VIR. *N* 23 dilector *L* transitiuae *D* transitiue autem ut *S* 24 egeo] *r* ego *R* miserentis *L* et consentio *N* miserenti *L* miserentem *L* miserente *L* 25 Hae (c) *R* quoque *om. N* obliquorum] *r* oblicorum *R* 26 et] uel *R?* illius pascentis *S* pascentis *d* pacentis *D* 27 legenti (s) *D* *post* legenti *sqq. usque ad* legentem *om. O* quomodo et faueo *N* accuso illum] *r* accusolum *R* 28 laude, dignor] *r* laudae dignar *R* illa re *MONSd*

p. 1078. 79 P. p. 56—58 K.

94 te celebrante'. est tamen quando in nominum vim transeunt participia et genetivo coniunguntur relicta verborum ordinatione, ut 'fugitans lites' participium est, 'fugitans litium' nomen; 'amans illum' similiter participium, 'amans illius' nomen, unde et | comparatur 'amantior, amantissimus'; 'praefectus urbi' participium, quia et 'praeficior urbi', 'praefectus urbis' nomen. participium autem comparationem habere non potest, cum loco verbi fungatur, quod comparatione penitus caret, quantum in sua voce: nam adiectione adverbii possunt comparari, ut Virgilius in I:

Quam luno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo,

'magis coluisse'; similiter participio additur, 'magis hunc colens quam illum'. et ad nomen || quidem loco verbi fungitur, ad verbum vero loco nominis, ut 'faciens eloquentem' dico pro 'qui facit eloquentem', et 'laudo legentem', quomodo 'laudo lectorem'; nec mirum pro utroque fungi, cum utrique accidentia possideat.

95 · Et sciendum, quod, si praeponatur coniunctio casuali, necesse est aliam quoque partem casualem copulari et ad utramque verbum referri, ut 'et Dionysius loquitur et Trypho', 'et Apollonius scripsit et ego', 'et vigilans proficit et legens'; et contra, si verbo praeponatur coniunctio, necesse est aliud verbum ei coniungi et ad utrumque aliquid casuale referri, ut 'et scribit et legit Trypho, et pugnat et vincit Aeneas'. licet tamen verba primae vel secundae personae repetenti nihil casualium adiungere et perfectam orationem ostendere, ut 'et lego et intellego, et doceo et doceor, et scribis et cogitas'; nam ipsa demonstratio loco casualis alicuius fungitur, cum et pronomen et nomen per eam intellegitur, tam in prima quam in secunda persona; nam tertia verbi persona, quae infinita est, eget aliquo
96 casuali. quod autem fit in nomine, hoc etiam in adverbio, quod vi | adiectivum est verbi, exigit ratio fieri, ut 'et bene et docte scribit'. necesse est enim, coniunctiones praepositas vel diversas personas coniungere, quae

1 celebritate *d* tamen] autem *S* nim *in mg. add. L* 3 'fugitans litium] *Ter. Phorm.* IIII 3, 18' *Fl.* nomen est *NL* *post* nomen: amans illum — praefectus urbis nomen *om. R add. r* participium est *N* 4 nomen est *N* cōpatur *N* amantisimus *L* 5 et *om. M* praeficior *ex* presemior (presentior?) *corr. M* 6 nomen est. *O* conparationem *R* 7 fungatur (n) *N* fungitur *L* comparationem *Rr* penitus *S* quantum in se. Nam *S* 8 adiectiones *L* per adiectiones *N* comparari uerba ut *R* *Verg. Aen.* I 15 *sq.* I aeneidos *O?S* 9 Iuno] in uno *M* 11 partipio *D* 12 adverbeum (i) *N* 14 cum utriusque *ODNSL* 15 accedentia *L* 16 si ponatur *L* coniunctio copulatiua uel disiunctiua casuali *Drs* casuali *ex* causali *corr. L* 17 aliquam *L* quoque] *r* quo *R* ad *add. d* utramque] *r* utrumque *R* utranque *L* uerbum *ex* uerbi *corr. M* proferri *S* 18 dionisius *RMNSL* dyonisius *D* tripho *RDNSL* Apollonius] *r* appollonius *RMONL* scribit *ML* 19 proficio *L* Et econtra *N* 20 est et aliud *N* utrunque *L* aliquod *M?* ut et scribit] *r* ut scribit *R* 21 tripho *DNSL* uincit *ex* uicit *corr. D* 22 primae et secundae *ML* secundę *D* repetenti *ex* repetentem *corr. M* repetentem *L* nichil *N* 23 ut et lego] *r* ut lego *R* et intellego *add. d* 25 per ea *L* 26 aliquo] *r* aliqua *R* 27 casu. *S* casuali ut et pugnat et uincit (*ex* uicit *corr. D*) ille uel scipio. Quod *OD* 28 et docte et bene *S* 29 coniunctiones] *r* coniunctionem *R*

sunt in casualibus, vel qualitates, quae sunt in adverbiis, communiter autem actum vel passionem consequi, quae est in verbo vel in participio, vel actus copulari, communes autem personas consequi, vel qualitates ipsi actui accidentes geminari, et tunc actum inferre. si enim non praeponatur coniunctio, licet diversas inferre partes, ut 'scribit Dionysius et Trypho'; 'scribit Dionysius et legit'. si enim praeponam coniunctionem di- 97
cendo 'et scribit Dionysius', necesse est alterum verbum subiungere et dicere 'et scribit Dionysius et legit'; rursus si dicam 'et Dionysius scribit', necesse est alterum casuale inferre et dicere 'et Dionysius scribit et Apollonius', quippe cum praeposita coniunctio copulativa || vel disiunctiva omnimodo consimilem cogit partem repetere, id est vel casualem vel carentem casu, et eundem casum vel modum, ut 'et scribo et intellego, vel scribo vel intellego; et meus servus et tuus, vel meus servus vel tuus'.

Sciendum tamen, quod licet genetivis in huiuscemodi constructione 98
copulare nominativos possessivorum, quippe qui vim genetivorum primitivorum suorum possident, ut 'pulcherrimi sunt et Homerici versus et Virgilii'; similiter licet dicere 'Agamemnonius filius et Menelai filia sociati sunt; frater noster et vestrum; meus servus et illius'. nec solos nomi- 99
nativos possessivorum, sed quoscumque casus bene possumus cum genetivis possessive prolatis coniugare, ut 'meus est ager et fratris; tua est civitas et omnium; mei filii est hereditas et cognatorum; meo servo et fratris; meum amicum et patris; mi fili et uxoris meae; meo filio delector et castae matris'. similiter omnia possessiva possunt proferri, tam nomina quam pronomina. genetivos quoque et ablativos invenimus coniungi verbo 100
impersonali, quod est 'interest' et 'refert', de quibus supra diximus, ut 'interest mea et patris, refert tua et imperatoris'.

2 actum] *om. L* actionem *M* uel participio (*M*) 3 uel actus aut passiones quae sunt in uerbo copulari *ODSr* 4 actuū *M* accedentes *L* inferre] *r* inferri *R* 6 coniunctio] *d* coniuncto *D* dionisius *RNL* dyonisius *S* tripho *DNSL* 6 et scribit *N* scripsit *R* dionisius *NSLr* dionius *R* enim] autem *M* 7 dionisius *RMNSL* est enim alterum *L* 8 dionisius *RMNSL* dyonisius *S* rursumque si *N* si *om. ML* et *add. r* Dionysius] *d* dionisius *RNL* dyonisius *MS* dinysius *D* 9 est *add. n* casualē *S* et dicere et] *r* et dicere *R* dionisius *RMNL* dyonisius *S* 10 appollonius *ROL* quippe cum] *rd* quipecum *L* quipeccum *R* quippecom *D* 11 omnimodo cogit similem partem *S* consimilem] *r* cumsimilem *R* reppetere *L* id est casualem *L* 12 ut et scribo] *r* ut scribo *RO* uel scribo uel intellego uel scribo uel intellego *Rr* 14 Sciendum est tamen *D* hui'scemodi *S* 15 copulare et nomiuatiuos *N* 16 ut pulcherrime sint *Rr* 17 Agamemnonius] *dns* agamemnonis *DONS* Menelai] *dn* menelaia *DONr* 18 sunt et frater *N* et uī * et meus *M* et uestri et meus *L* Nec solos nec nominatiuos *Rr* 19 bene] *om. MD* be| *R* ne *in mg. add r* 20 possessitiue *M* prolatis] *r* prolatos *R* coniugare] *R* coniungere *r rell.* ut et meus *L* et tua *NL* est *sup. lin. add. r* 21 omnium] *r* omni *R* et mei *NL* filii] *rd* fili *D* filium *R* meo servo] *d* et meo seruo *NL* meorum seruo *R* meo praecipio seruo *Dr* meo seruo praecipio *S* 22 et meum *NL* et : diligo * patris *S* et patris diligo *Od* et mi *NL* mei filii (*O*) filii] *r* filii *R* meae *om. O* et meo *NL* delectae *O* 23 castae] *r* caste *R* 24 uerbis ipersonali *S* 26 interest mea] *r* inter mea *R* refert] *r* refer *R* et imperatiuus. *O*

p. 1080. 81 P. p. 59. 60 K.

Modos quoque, ut diximus, necesse est supra dictis coniunctionibus praepositis eosdem plerumque adiungi, ut 'et legis et discis, aut legis aut discis; et lege et disce, aut lege aut disce; utinam et legeres et disceres, utinam aut legeres aut disceres; cum et legas et discas, cum aut legas aut discas; cupis et legere et discere, cupis aut legere aut discere'. licet tamen variare, ut 'et legisti et lege; et legisti et utinam legas'.

Casus quoque eosdem sociari exigunt copulativae vel disiunctivae, praepositae vel interpositae coniunctiones, quando unum verbum ad eos refertur, ut 'et ego et tu legimus, vel mei vel tui miseretur, et mihi et tibi prodest, vel me vel te laedit, vel Virgilio vel Cicerone delector'.

XVI 101 His constructionibus inveniuntur contraria quaedam apud || auctores, licet non repetantur coniunctiones supra dictae, sed interponantur, quomodo si repetantur. Virgilius in I Aeneidos:

Succinctam pharetram et maculosae tegmine lyncis;

sed melius in quibusdam codicibus sine m pharetra ablativus invenitur; quidam tamen lyncis cursum a communi accipiunt. idem in VII:

Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydona merentem;

sed melius hic quoque in quibusdam invenitur:

Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone | merente,

vel:

aut Lapithas tantum aut Calydona merentem.

102 eandem quaestionem habet etiam illud:

primitivum secundae personae, ad quod dirigitur sermo, et derivativum primae, quando coniungitur primitivo secundae vel voce vel intellectu, ut 'o mea tu' et 'o noster Chremes'. praeterea vocativus substantivo vel vocativo verbo per se non coniungitur, sed nominativus. nemo enim dicit 'docte es, clare vocaris, Virgili diceris', sed 'doctus es, clarus vocaris, Virgilius diceris'. 'ipse' ergo nisi nominativi vice nominis fungi non potest. nihil | autem mirum secundae personae nominativo imperativum adiungi, cum et tertiae personae, quae prorsus vocativum non habet, adiungantur imperativa, ut 'faciat' et 'facito ille', 'faciant' et 'faciunto illi'. illud quoque sciendum, || quod vocativis frequenter utimur sine verbis secun- 207
dae personae, ut 'miror te Virgili, intellego te Homere', nominativos vero nisi per ellipsin numquam sine verbis proferimus eiusdem personae, ut 'bonus es, Apollonius nominaris'.

Omnia autem pronomina, quae vocari possunt, similem habent nominativo vocativum excepto 'mi' pro 'mee'. nec mirum, cum etiam no-

2 verbis] *r* uerbū *R* *Verg. Aen.* II 5 II ẽn *S* 3 Queque *N* 4 *Verg. ecl.* 3, 77 *cf. lib.* VIII § 68 bucolico *NSO* bucō *L* 6 personae *om. S* per se personae *O* 9 *Cic. in Catil. or.* II 6, 12 hinc *Cic. Salisb. S. Petri* 10 consul ille *Cic. Tegerns.* ciuis *Cic. cod. Med.* (*Lag.* 62) *et Lag.* 9 quesiui *D* catilena *L* 11 sed] *r* s& *R* 12 ego ipse *M* per me non per alium. Hoc *N* 14 adpositiuum *D* 15 socientur *N* sotietur *D* 18 coniungitur] *d* coniunguntur *D* secundae uoce uel *N* *Ter. eun.* IIII 3, 22 mea tu *cf. lib.* XII § 10 19 o mea tu] *r* omoato *R* *Ter. Andr.* V 2, 5 *cf. lib.* XII *l. c.* et *om. O* o *om. RMN add.* *r* nrt *D* cremes *OD* chreme *S* 20 vocativo verbo] *r* uocauerbo *R* 21 docte es *sup. lin. add. d* 22 nisi *om. OS* nominis] uel pronominis *M* 23 Nichil *N* 24 adiunguntur] *d* adiunguntur *D* 25 impati *N* faciat et] *r* faciat *R* faciant] *d* faciat *D* et faciant *MNSL* illi] illo *S* 28 ellipsin] *r in ras., d* elipsin *D* eclipsin *NL* eclypsin *S* eclipsim (*MO*) sine verbis] *r* sine bis *R* personae proferrimus *M* eiusdem secunde ut *Rr* 29 appollonius *L* 30 nominativo vocativum] *r* nominatiuum uocatiuo *R rell.* 31 meę *D*

mina pleraque apud Latinos, ut diximus, eosdem habent nominativos et vocativos. Atticis quoque mos est nominativos pro vocativis proferre. Homerus:

Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

quem secutus Virgilius in VIII:

Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum

fluvius pro 'fluvie' dixit, et Lucanus in II:

Degener o populus, vix saecula longa decorum
Sic meruisse viris,

208 pro 'popule'. Macedones autem et Thessali e contrario vocativos solebant pro nominativis proferre. Homerus:

Αὐτὰρ ὃ αὖτε Θύεστ' Ἀγαμέμνονι δῶκε φορῆναι.

hic vocativus est pro nominativo: *Θύεστα* dixit pro *Θυέστης*. unde Romani frequentissime huiuscemodi nomina, et maxime appellativa per vocativum Graecum etiam pro nominativo suo proferunt: 'sophista, citharista, poeta, Scytha, Sarmata, Sosia'. Persius tamen indubitanter | vocativum pro nominativo posuit:

Censoremve tuum vel quod trabeate salutas?

trabeate pro 'trabeatus'. et Horatius:

macte

Virtute esto

pro 'mactus virtute'. | ||

2 vocativis] *r* uocatiuos *R* proferre] *r* prosterre *R* *Hom. Il.* III 277 4 *Ἠέλιός θ' — ἐπακούεις*] *om. D* GR. *Sd; al. m. in mg. add.* GR. ΗΛΙΟC ΤΟC ΠΑΝΤΑ ΕΦΟΡΑC ΚΑΙ ΠΑΝΤΕ ΕΝΑΚΟΥΕΙC *in D* ΗΕΑΙ ΟCΠΑΝΤ ΕΦΟΡΑC ΚΑΠ_ΑΝΤΑ ΕΠΑΚΟΥΕΙC *L passim corr. ab l* ΝΕΛΙΟCΙ *r* *θ' ὃς*] ΤΟC *RN* ΙΤΑΝΤΑΕ.ΦΥΡΑC *N* ΤΙΑΝΤΑΕΦΟΡΑC *R* ΠΑΝΤΑ ΙΤΑ.CONEIC *N* 5 secutus ē *N* *Verg. Aen.* VIII 77 7 fluuiąe *RrM* *Lus. Phars.* II 116 *sq. cf. lib.* VII § 22 8 Degenero populus *L* secula *libri* longua *L* 10 macidones *L* thessalli *M* thesali *L; cf. Sturzium de dial. Mac. et Alex. p.* 28 *adn.* 5 *Ahrensium de dial. Aeol. p.* 221 contrarios *Rr* 11 *Hom. Il.* II 107 12 *Αὐτὰρ — φορῆναι*] *om. D* GR. *Sd* ΑΥΤΑΡΟ ΤΑΥΤΕ ΘΥΕCΤΑ ΑΓΑΜΕΜΑΙΟΝΙ ΔΟΚΕ ΦΟΡΕΝΕΝ *al. m. in D* ΑΙΤΑΡ *R* *ὁ αὖτε Θύεστ'*] *Homerus et sic Apollonius utroque l. cum maxime laudando,* (*O*) ΟΤΑΥΤΕ ΘΥΕCΤΑ *L* ΟΤΑΥΤΕ ΘΕCΤΑ *M* ΟΤΑΥΤΕΙΠΕCΤΑ *N* ΟΤΑΥΤΕΕΥΕCΤΑ *R* (*an ὃ γ' αὖτε Θύεστα?*) ΑΤΑΜΕΜΝΟΝΙ *N* *δῶκε*] *ex v.* 105 *desumpsit Priscianus; h. l. λεῖπε Homerus et sic* (*v. l. λίπε*) *Apollon. de synt.* I 17 *p.* 46, 6 *Bk.; eo vero Apollonii l., unde noster desumptus est* III 7 *p.* 214, 8 *Bk. in Ἀγαμέμνονι desinit hic versus;* ΑΩΚΕ *N* ΔΑΚΕ (ΔΑ *add. l*) *Ll* ΦΟΡΗΝΑΙΕΝ *MN* ΦΟΡΕΝΑΙΜΕΝ *L* ΦΩΡΗΝΑΕΝ *R* 13 *Θύεστα — Θυέστης*] *om. D* pro *om. S* ΘΥΕCΤΕC *N* ΟΥΝCΤΕC *R* ΟΥΤΗCΤΕC *r* ΕΥΕCΤΕC *L* 14 maximoe *M* 15 sophysta *D* sophicista *M* citharista *DN* cytarista *R* 16 scitha *RL* scyta *D* sosya *R* *Pers. sat.* 3, 29 tamen etiam *N* 18 Censoremve] *r et sic etiam lib.* XVIII § 3 *libri tantum non omnes cum Pers. Montepess. alt. Leid. al.* Consensoremue *R* Censoremne (*M*) *et sic. lib.* XVIII *l. l. L cum codd. nonnullis Krehlii* censorūue *M lib.* XVIII *l. l.* censoremque *Pers. Montepess. pr. Vat.* trabeate] *r et sic etiam Pers. Vat. cum rell. ex corr.* thrabeata *R* trabeat *Pers. Vat. m. pr.* salutas] *r* s.lutos (*o?*) *R* 19 trabeatae *R* trabeate dixit pro (*O*) Horatius] *r* oratius *RN* *Hor. serm.* I 2, 31 *sq.*

ARTIS PRISCIANI V D GRĀMATICI CAESARIENSIS DOCTORIS VRB ROMAE CONSTANTINOPOLITANAE LIBER XVII DE CONSTRVCTIONE EXPLICITVS FELICITER FL THEODORVS DIONISII V. D.

MEMORIALIS SACRI SCRINII. EPISTVLARVM ET ADIVTOR. V M. QVAESTORIS. SACRI PALATII. SCRIPSI MANV MEA IN VRBE ROMA. CONSTANTINOPOLI TERTIO KL IVNIAS MAVORTIO. V. C. CONSVLE IMPERANTIBVS IVSTINO ET IVSTINIANO. PP. AVGG. INCIP LIB. XVIII. DE CONSTRVCTIONE. *R* ARTIS PRISCIANI V. D. GRAMATICI CAESARIENSIS. DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTANTINOPOLITANAE LIB. XVII DE CONSTRVCTIONE EXPLICITVS FELICIT FL THEODORVS DIONISII V. D. MEMORIAL SACRI SCRINII EPLARVM. ET ADIVTOR MAGNI VIRI QVESTORIS SACRI PALATII. SCRIPSI MANV MEA IN VRBE ROMA CONSTANTINOPOLI. III KL IVN. MAVORTIO. V. CL. CONSVLE IMPERANTIBVS IVSTINO ET IVSTINIANO PP. (PP *in ras. quattuor fere lit.*) INCIPIT XVIII DE CONSTRVCTIONE *spat. a D rel. inscr. d* ARTIS PRISCIANI VIRI DISERTISSIMI GRAMATICI CAESARIENSIS DOCTORIS. VRBIS ROMAE CONSTANTINOPOLITANAE LIB. XVII. Q. E PM' DE CONSTRVCTIONE FELICIT EXPLICIT'. E; FL THEODORVS DYONISII V. D. MEMORIALIS SACRI SCRINII EPLARV ET ADIVTOR V. M. QVAESTORIS SACRI PALATII SCRIPSI MANV MEA IN VRBE ROMA CONSTANT II. KL IVNII. MAVORTIO V. C. IMPERANT: IVSTINO ET IVSTINIANO AVGVSTIS. INCIP LIB. XVIII. DE CONSTRVCTIONE LOCVTIONIS *S* Artis prisciani uiri disertissimi Gramatici Caesariensis doctoris Rome constantinopolitane lib. XVII. De constructione Explc. Incip. lib XVIII. De constructione. Theodorus Dionisio. ū D. Memorial Sacri scrinii epistolaris. Et adiutor ū M Questoris sacris palatii· Scripsi manu mea in urbe Roma constantinopoli. III. kl. iun. mauortio ū consule imperantibus iustino et iustiniano pp. aug. *N* Artis psciani lib XVII de constructione explicitus. Amen feliciter. Incipit XVIII de constructione *L* Incipit liber octauus decimus de constructioñ *M brevi spat. rel. subscr. et inscr. om. O*

LIBER OCTAVVS DECIMVS.

p. 1117. 18 P. p. 107. 108 K.

DE CONSTRVCTIONE.

I 1 In superiore libro de articularium dictionum et pronominum tractantes constructionibus, necessario plurima etiam de nominis et verbi constructionibus, sine quibus illa orationem perfectam complere nequeunt, diximus, quippe quae ex maxima parte communes eis sunt cum illis. in hoc quoque de nominibus et verbis praecipue, quamvis et de ceteris partibus, cum eis etiam plurima inveniantur communia, exponemus. ergo minime mireris, si eadem exempla constructionum repetantur, cum in plerisque consimiles sint supra dictorum et dicendorum rationes.

Singulorum igitur casuum per ordinem constructiones videamus.

2 Nominativus et vocativus absoluti sunt, id est per unam personam intransitive possunt | proferri, ut 'ego Priscianus ambulo, tu Plato philosopharis, Aristoteles disputat'. et si substantivis verbis vel vocativis iungantur primae et secundae personae, non egent pronominibus, quippe essentiam sui vel nominationem significantes, ut 'homo sum, Cicero nominor'; sin aliis consocientur verbis, tunc necessario adiunguntur pronominibus, ut ipsius essentiae praesentis demonstratione transeant a tertia persona conexione pronominum ad primam vel secundam, ut 'ego Pris-
3 cianus scribo, tu Apollonius' - vel 'Apolloni' - 'scribis' et sciendum, quod vocativus non eget pronomine, quippe cum se||cundam sua voce finiat personam - ut 'Apolloni legis' vel 'lege, Terenti scribis' vel 'scribe'. Virgilius in X:

vigilasne deum gens?
Aenea vigila.

2 superiori (*MO*) 4 perfectam orationem *OS* nequeunt cōplere *N* nequeant *D* 5 quae et maxima ex parte *r* sunt eis *L* sint *D* 6 de nominibus *om. R add. r* et cęteris *r* 7 cōmunia *R* 8 constructione *Dd* 9 supradictarum *Rr* 10 per ordinem — absoluti sunt *om. D add. d* 11 personam *om. D add. d* 12 proferri] *r* proferre *R* pscianus *L* phylosopharis *D* 13 aristotelis *ML* 15 sui *sup. lin. add. d* 17 transeant *ex* transeat *corr. D* 18 connexione (*MO*) cū conexione *d* uel ad secundam *N* pscianus *L* 19 apolonius *r* appolonius *R* vel Apolloni] *om. N* uel apollini *L* 20 pronominę *D* 21 appolloni *D* lege *ex* legat *corr. S* terrentius *D* 22 *Verg. Aen.* X 228 *sq.* 24 vigila *sup. lin. add. N*

p. 1118. 19 P. p. 108. 109 K.

Persius:

Censoremve tuum vel quod trabeate salutas?_,

quamvis ad perfectam significationem bene additur indicativo verbo 'tu' nominativus. si vero tollamus pronomina ab hac constructione, quae nominativo construitur, dicendo 'Priscianus scribo, Apollonius scribis', soloecismum facimus. nam nomina per se et participia absque vocativo casu tertiae sunt personae. quomodo ergo non dicimus 'ille lego' vel 'ille legis', sic non dicimus 'Priscianus lego' nec 'Apollonius legis'; quomodo autem 'ille ego lego' et 'tu ille legis' recte dicitur, sic 'Priscianus ego lego' et 'tu Apollonius legis' vel 'Apolloni'. licet enim enim et nominativum et vocativum nominis secundis adiungere pro|nominum personis.

Virgilius:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen.

Horatius in I sermonum:

Tune Syri, Damae aut Dionysi filius audes?

Virgilius in I Aeneidos:

Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae?

et sciendum, quod has quidem constructiones, quae per nominativum absolvuntur, stoici ἀξιώματα vel συμβάματα, id est dignitates vel congruitates, vocabant - ut 'ego Priscianus scribo, Apollonius ambulat, Plato philosophatur' _, illas vero, quibus transitiones ab alia ad aliam fiunt personam, in quibus necesse est cum nominativo etiam obliquum aliquem casum proferri, παρασυμβάματα dicebant, hoc est mi||nus quam congruitates, ut 'Cicero servat patriam', quando vero ex duobus obliquis constructio fit, ἀσύμβαμα, id est incongruitatem, dicebant, ut 'placet mihi venire ad te', sive nominibus ipsis tamen seu verbis hoc exigentibus.

1 *Pers. sat.* 3, 29 *cf. lib.* XVII § 208 2 censorũue *M* censoremne *L*, *Krehlii Erl., Lips. AB* 5 hac] ac *sup. lin. N* quae ex nominatiuo *d* 5 p̄scianus *L* appollonius *d* soloecismum] *r* solecismum *R* solocismum *L* 6 per sę *N* 7 uel legis ille *N* 8 p̄scianus *L* 9 dicimus *N* p̄scianus *N* 10 lego *sup. lin. add. L* appollonius *D* uel appolloni *D* uel apollini *L* uel tu apolloni *N* enim nominatiuum *O* 12 ut uirgilius *S* *Verg. Aen. in lib. dett.* I 1 *sq. cf. lib.* XII § 11 13 condam *D* 15 *Hor. serm.* I 6, 38 16 siri *D* syridamae *L cum codd. aliquot Hor.* dame *DN* dameąe *M* dyonisi *DS* dionisi *RMN* dionisi (i) *L* filius] *d* fili *D* 17 *Verg. Aen.* I 617 aeneidis *ML* aeneid' *D* ęneid *S* 18 ęneas *S* Dardanio] *r* dardani *R* anchise *MDN* *post* Anchisae *initium versus Vergiliani sq.* 618 alma uenus *add. r* 19 has] *d* as *D* 20 stoici] *cf. Schmidtius stoicorum gramm. p.* 57. 64 *cum adnot.* 91 *p.* 64 *sqq.* AξIWMATA *S* .ΞIWMATA *N* AΞIOMATA *L* ἀξιώματα vel συμβάματα] *om. D* AΞOMATA (*in* AΞIOMATA *al. m. corr.*) uel CYMBAMATA *in mg. add. d* congruetates *M* 21 p̄scianus *L* appollonius *D* Plato] (*M*) *Lips. AB Krehlii, Krehlius cf.* § 2 cato *rell.* 22 Illas *ex* Illa *corr. S* 23 obliquum] *d* obliquem *D* 24 proferri, παρασυμβάματα] *om. D in mg. add. d* ΠAPACIMBAMATA *N* ΠAPACYMBATAMA *S* dicebant ***** hoc est (id ÷ ?) *L* 25 ut Cicero servat patriam] *om. RDS, in mg. add. L; num hoc exemplum ab aliis inlatum est pro alio quodam, quod periit, an ab aliis omissum, quia* 'obliquum aliquem casum' *non videbatur continere? at v. modo proxime sqq. et* § 7 *sq.* oliquis *L* 26 ἀσύμβαμα] *in mg. add. d* ACIMBAMA *N* ἀσυμβάματα (*M*) incongruitates (*M*) michi *N* 27 tamen] tantum (*O Lips. A*

p. 1119. 20 P. p. 109. 10 K.

Nominibus quidem exigentibus obliquos necesse est substantivum verbum vel participium consequi, ut 'filius Herculis sum' vel 'filius Herculis
6 esse dicor' et 'commodus duci sum' et 'commodus duci esse videor; bonus sum animam' et 'bonus esse animam intellegor; fortis sum virtute' et 'fortis esse virtute appareo'. est autem quando per ellipsin verbi vel participii substantivi huiuscemodi casuum (id est nominativi cum obliquis) constructio soleat proferri, ut 'filius Pelei Achilles multos interfecit Troianos', — subauditur enim participium verbi substantivi | 'ens', quod in usu nunc nobis non est, pro quo possumus 'qui est' vel 'qui fuit Pelei filius' dicere vel subaudire.

7 Similiter aliis casibus nominativum consequentibus vel supra dictum participium vel quae pro eo accipiuntur subaudire necesse est ad nominativum: 'commodus mihi amicus proficiscitur' id est 'qui mihi est commodus amicus'; 'honestus faciem vir cernitur' hoc est 'qui est honestus faciem'; 'celer pedibus currit homo' subauditur 'qui est'.

Et haec quidem ipsorum nominum exigente natura sic variantur casibus, quibus licet vel pronomina vel participia per eosdem casus coniungere, ut 'ille filius Pelei Achilles bellans multos interfecit Troianos' et 'illius Pelei florentis virtute filius Achilles fuit'.

Idem licet per omnes casus facere: eosdem enim obliquos casus, quos sibi adiungit nominativus, potest etiam flexus idem habere, sed non tamen
8 eadem constructione verborum. nam ad alias transeunt verba personas, quippe nominativum desiderantia, ut 'filii Pelei fuit victoria Graiorum; filio Pelei cessit Hector; filium Pelei timuit Troia; filio Pelei floruit Graecia'. et haec quantum ad naturam ipsorum inter se nominum per varios casus construendorum. ||

Verba quoque transitiva similiter variis solent casibus coniungi, ut 'miles eget imperatoris; Aeneas praemia donat Euryalo; Plato erudit Aris-
9 totelen; Cicero potitur laude'. quomodo autem nominativus obliquis apte possit construi, quantum ratione potui comprehendere docebo, quos tamen etiam flexus sibi defendit, ut 'Aeneas rex Troianorum; Aeneae

Krehlii) *edd. ante Krehlium* m̃ *Guelph. Krehlii, om. codd. aliquot Krehlii, Krehlius* 1 quidem exigentibus] *l* quidem *L* quidem exgentibus *D* 2 consequi *ex* sequi *corr. L* vel] et *L* Herculis] *d* erculis *D* 4 animam esse *N* 7 solet *N* achiles *L* achilles bellans multos *ex* § *sq. S* 8 ens pro existens quod *M* 9 nobisc̃ non *L* qui est *ex* quidem *corr. S* 12 subaudiri *d* 14 qui honestus est faciem *O* qui honestus fatiem *D* qui est honestus per fatiem *d* 15 occurrit *M* 16 haec nomina quidem *M* haec quidem constructiones *O?* quidem quidem *Rr* 17 quibus *add. d* 18 ut est ille *N* achiles *L* 19 achiles *L* 21 flexus] *d* fletus *D* tamen in eadem *ON* 24 cessit] *sic D* uictus est *sup. lin. add. d* haector *RMDN* 27 solent uariis *N* 28 ęneas *S* eneas *N* donat *ex* donet *corr. D* eurialo *N* aristotelem *OSLrd* aristotilē *DN* 29 nominativus] *r* nominatiuis *R* 30 comprehendere *O* *post* docebo: de constructione nominatiui ad obliquos casus (casus *om. N*) *lemma sc. loco suo motum add. libri* (*de O nil adnotatum invenio*): *haec una cum sqq. a* quos — casus quoque *del. d* 31 defendit casus nominum ut *Rr* ęneas *S* ęnęę *S*

p. 1120. 21 P. p. 110—12 K.

regis Troianorum; Aeneae regi Troianorum'; sic per reliquos casus quoque.

Nominativus igi|tur [casus nominum] genetivo adiungitur, quando possessio aliqua et possessor significatur. et nominativo quidem possessionem, genetivo autem possessorem proferimus, ut 'Hector filius Priami; Davus servus Simonis; Aeneas rex Troianorum; Patroclus amicus Achillis; patronus Verris Hortensius'. quae sic interpretamur, ut, adiuncto verbo possessionem significante, possessio quidem mutet nominativum in accusativum, possessor vero genetivum in nominativum, verbi huius natura hoc exigente, ut intransitive quidem nominativum, transitive vero accusativum exigat; 'quid est enim Hector filius Priami?' interpretantes dicimus: 'hoc est 'Hectorem filium Priamus possidet' vel 'habet', 'patronus Verris Hortensius est?' id est 'patronum Verres Hortensium possidet''. licet tamen haec eadem, cum substantivo verbo adiungantur, tam genetivo quam dativo conectere, ut 'filius Priami' et 'Priamo fuit Hector' et 'Davus servus Simonis' et 'Simoni' et 'Patroclus amicus Achillis' et 'Achilli'; similiter 11 'comes, socius, affinis, cognatus, vicinus, propinquus' et similia, id est omnia ad possessionem pertinentia. Virgilius in VII:

Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae

pro 'possideo natam'. sed magis dativo quasi ad ignorantes utimur, ut in supra dicto versu. nam ad scientes, esse natam, nomen autem proprium ignorantes, dixisset 'mea' vel 'mei nata, Lavinia est', subdistinctione posita post 'natam'; contra autem nomine quidem cognito, ignorata vero cuius esset nata, dixisset 'Lavinia, mea nata est', post 'Laviniam' subdistinguendo, ut Virgilius in bucolico:

Si nescis, meus ille caper fuit

ad scientem caprum, || nescientem autem eius possessorem dixit. | idem in eodem:

Est mihi namque domi pater, est iniusta noverca

1 regis *ex* rex *corr. D* ęnęę *S* Aencae regi Troianorum *om. OD* per *om. M* obliquos *L* 2 quoque casus *N* 3 casus nominum *post* igitur *add. r rell.* 5 haector *RMDS* 6 symonis *D* aenęas *S* patroculus *L* achilis *L* 7 hortentius *L* interp̄tamur *ex* interp̄tantur *corr. D* ut *N* 9 vero] autem *S* 11 haector *RDS* interp̄tantes *S* 12 haectorem *RD* Verris] *r* ueris *R* Hortensius est] *d* hortentius est *L* hortensius *D* 13 Verres Hortensium] *d* uerrensortensium *D* DE C̄STRVCTIONE OBLIQVOR. AD NOATM. *inscr. N* tamen *sup. lin. add. r* 14 eadem] *r* edem *R* uerbo *sup. lin. add. N* adiungantur] *r* adiungatur *RML* 15 connectere (*O*) haector *RMDN* symonis *D* 16 symoni *N* patroculus *L* achilis *L* achili *L* 17 affinis] *r* adfinis *R* 18 ut uirgilius (*M*) *Verg. Aen.* VII 268 18 .ñ. *post* uiro *sup. lin. add. S* genti *D* quam] *sic etiam Verg. Fr.* qua *Rom.* nostrae *om. L* 20 dativo *om. S* ut in] ut *D* in *d* 21 versu] usu *RDSL* 22 subdisiunctione *R* 23 post nata *OD* ignorante *OD* 24 cuius] *r* cum *R* esset] est *N* subdistingendo *L* 25 *Verg. ecl.* 3, 23 27 caprum] *sic etiam D* capram *d* nescientem] ad nescientem (*M*) *Verg. ecl.* 3, 33 (*def. Med.*) 29 nanque *L* iniusta *ex* inusta *corr. Rom.*

p. 1121 P. p. 112 K.

12 ad nescientem, si sit pater. alio quoque sensu invenis dativos pro genetivis, ut Virgilius in X:

fusos cervix cui lactea crines

Accipit

pro 'cuius crines'. supra dictis vero ex contrario videntur illa proferri, quae laudem vel vituperationem vel accidens aliquid ostendunt ab aliquo

13 possideri. per nominativum enim possessorem in huiuscemodi significationis structura, per genetivum vero possessionem proferimus in essentiae demonstratione, ut 'magnae virtutis vir', id est 'magnam virtutem habens'; 'egregiae pulchritudinis mulier', id est 'egregiam pulchritudinem habens'; 'nimiae tenacitatis homo', id est 'nimiam tenacitatem habens'; 'extremae turpitudinis animal', id est 'extremam turpitudinem habens'; 'albi quidem coloris est cycnus, nigri vero corvus', id est 'album colorem cycnus ha-

14 bens, corvus nigrum'. et Graeci quidem in huiuscemodi sensu genetivo tantum utuntur, Latini vero etiam ablativo frequentius, ut 'magna virtute vir' pro 'magnam virtutem habens'; 'egregia pulchritudine mulier' pro 'egregiam pulchritudinem habens'. sic et similia. Terentius in Andria:

†video unam adulescentulam,
Forma . . . . ac voltu, Sosia,
Adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra.

similiter quando consequentiam aliquam rerum per genetivum significant Graeci:

Οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο
Σοὶ κοίλαις παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει.

1 genetivis] *r* genenetiuos *R* 2 *Verg. Aen.* X 137 *sq.* 3 fusosos *Rr* fus•os *L* ceruix fusos *Pal.* crinis *Med. Pal.* 4 accepit *L* 5 *post* cuius crines: potest tamen hoc et (et *om. r*) *περιποιητικὸν* (*sic π*; ΠΕΡΙΠΟΙΗΤΙΚΑ *O* ΠΗΡΙΠΟΙΗΤΙΚΑ *r* p. ΙΠΟΘΕΤΙCON *S*) esse, id est adquisitivum, cui et (cui ad *S*) cuius pulchritudinem (cui, ad cuius similitudinem *π*). omnia enim, quae bonum aut malum aliquid adquirunt, dativo adiunguntur (adquiruntur *S*). Virgilius: immota manent tibi (*v. Aen.* I 257 *sq.* manent immota tuorum | Fata tibi) *add. OS et in mg. r, edd. a π usque ad Putsch. cf.* § 24 constructionibus *post* uero *add. O* ex *N* e (*MO*) illa nomina proferri *O* 6 accidens] *ex corr. d* accedens *L* accendens *ni f. D* aliquid] *r* aliqui *R* aliquod (*DO*) 7 huiscemodi *M* 8 in essentiae] .In essentiae *D* OYΣAC (*i. e. οὐσίας*) *in mg. d* OCIAC id est in essentiae *N* 9 magnae — virtutem habens *h. l. om. et* Vt *ante* magnae *eraso post* pulchritudinem habens *collocat N* 10 egraegiae *R* egreg•iae (r) *L* egraegiam pulcritudinem *R* 12 turpitudinis] pulchritudinis *S* id] hoc *O* turpitudinem] pulchritudinem *S* 13 cygnus *MDSL* cignus *NO* nigri *ex* nigro *corr. M* cygnus *DSL* cignus *NO* 14 coruus habens *O* coruus uero nigrum (*R*) 15 frequentius] *rd* frequentius utimur *RDN* utimur frequentius *O* 16 egregiae *M* Egria *R* 17 egraegiam *M* terrentius *ML* *Ter. Andr.* I 1, 91 *sqq.* forte unam aspicio adulescentulam | Forma. - Bona fortasse. - Et voltu, Sosia | Adeo *etc. cf. infra* § 29. 286 18 unam *om. OL* adolescentulam *RDS* aduliscentulam *L* 19 formam *Rr* hac *D* uultu *RMDSL* Sosia] roseo *M* *ad v.* 93 *cf. lib.* XIIII § 15 20 adeo modesto *om. S* nichil *N* 21 rerum] *d* rex *D* Graeci ut homerus *OSl* *Hom. Il.* I 88 *sq.* 22 *Οὔ τις — ἐποίσει*] *om. D* GR. *Sd* EMEI *N* *ζῶντος*] *l* ΞΩΝΤΟC *N* ΤΙΩΝΤΟC *L* *ἐπὶ χθονὶ*] EMXEON *M* ΔΕΡΚΟΜΕΝΙΟ *M* ΔΕ.ΕΡΟΜΕΝΟΙΟ *L* 23 *κοίλης παρὰ νηυσὶ* (*O*) *Homerus* ΚΟΙ.ΛΑΙCΠΑ. ΡΑΝΗCΙ *R* .ΚΟΛΛΙΤΙΤΑΡΑΝΗΕΤ *N* ΚΑΙΑΑΙC (*in* ΚΟΙΑΑΙC *corr.*) ΠΑΡΑΝΝCΙ *M* ΚΟΙΑΑΑΙC (*in* ΚΟΙΛΑΙC *corr.*) ΠΑΡΑ̃ΝΗCΙ *L* ΕΙΤΟΙCΕΙ *M* ΕΙΤΟΥCΕΙ *N* *ἐποισι Hom. Ven.*

p. 1121. 22 P. p. 112. 13 K.

huiuscemodi sensum nos per ablativum proferimus: 'non me vivo et in 15
terra videndo', id est 'dum ego vivo et in terra videor'; ne|cesse est enim
huiuscemodi structurae sive nomen seu participium prolatum verbo inter-
pretari, 'dum' adverbio vel eandem || vim habentibus addito. Virgilius
in VII:

non vobis rege Latino
Divitis uber agri Troiaeve opulentia deerit,

id est 'dum rex sum Latinus' vel 'donec Latinus regnat'. licet enim vel
nominativum pro ablativo, et maxime nominum, cum verbo substantivo
ponere vel verbum cognatum significationi ipsius nominis, ut 'me doctore
florent Musae', id est 'dum ego doctor sum'. nam participia raro sic pro- 16
feruntur, pro 'me docente' ut dicam 'dum ego docens sum', verbum vero
cognatum significationi ipsius nominis, quod per ablativum profertur, po-
nimus, ut 'me doctore, dum ego doceo; illo imperatore, donec ille im-
perat; pietate manente, dum pietas manet; virtute florente, quoad virtus
floret'.

Comparativa quoque et superlativa Graeci genetivo adiungunt, nos
autem comparativa quidem ablativo, ut 'fortior Achilles Hectore', superla-
tiva vero genetivo, ut:

fortissime gentis,

de quibus latius in libro tertio de nominis comparatione dicentes tracta-
vimus.

Verbalia quoque in 'or' desinentia vel 'rix' transitiva, quae a verbis II 17
actum aliquem significantibus fiunt, genetivo iunguntur, ut 'amo illum,
amator' et 'amatrix illius; doctor doctrix; munitor munitrix; lector lectrix;
tonsor tonstrix; mirator miratrix'. Lucanus in VIIII:

Impressit dentes Haemorrhois aspera Tullo,
Magnanimo iuveni miratorique Catonis.

Similiter genetivo adiunguntur participialia plerumque vel participiorum 18

1 proferimus ut si quis dicat non *O* 3 huiuscemōi distructurę *N* structu-
ram siue per nomen siue per participium prolatam *O* seu u participium *M* 4
adverbio] *d* adumbio *D* eandem] *d* eadem *D* *Verg. Aen.* VII 261 *sq. cf. lib.*
V § 14. 80 5 VIII *D* VII aeneidos *O* 7 troiaeuę *D* deerit] *r* derit *Rm* ade-
rit *M* desit *in ras. l* 8 *post* Latinus *vocc.* vel donec Latinus *om. O* enim nomi-
natiuum *S* 9 nominum] *d* nominatiuum *OD* 10 cognatum *ex* cognato *corr. S*
11 dum] cū *M* sum uel docco. nam *N* sic] *om. M* pro se *spscr.* uel sic
L proferuntur ut pro *O* 13 quod per *ex* per quod *corr. S* quod per — po-
nimus *om. R in mg. add. r* 14 imperatore floruit roma. donec *O* imperatore id-
donec *L* 15 quoad] *d* quod ad *D, quod merum vitium videtur esse, id quod addo*
propter H. A. Kochium mus. phil. XIII 288 quoad usqne *O* quo *L* 17 conpara-
tiua *D* cōpatiua *N* 18 cōpatiua *N* achiles *L* haectore *RMD* 20 *Verg.*
Aen. I 96 fortissimę *r* 21 tercio *D* cōpatione *N* 23 a] *d* ad *D*
24 ut ama *L* 25 lector lectrix munitor munitrix *S* letrix *L* 26 miratrix ge-
nitor genitrix. lucanus *O* *Luc. Phars.* VIIII 806 *sq.* VIII *S* 27 Inpssit *N*
cum Luc. Voss. B Impsit *L* hemorrhois *DNl* haemorhois *S* hęc morrhois *M* he-
morrois *L* *Luc. Voss. B* emorrois *Voss. A* 28 miratoriquę cantonis *Dd* 29
participialia] *r* participalia *RL* participialia nomina *O* pleruuque *L* vel parti-
cipiorum *om. R sup. lin. add. r*

p. 1122. 23 P. p. 113. 14 K.

transitivorum absque tempore vim habentia (transitiva autem participia sunt, quae a transitivis verbis nascuntur, ut 'amo illum, amans illum; fido illi, fidens illi; invideo tibi, invidens tibi'), nisi sint passiva, id est futuri passivorum similia: tunc enim dativo vel ablativo adiunguntur, sicut et participia eiusdem formae [id est in 'dus' desinentia], ut 'amans illius', similiter 'abundans, sapiens, patiens, fidens'. Virgilius in II Aeneidos:

Obtulerat fidens animi atque in utrumque paratus.

similiter 'inops, praeceps'. Virgilius in IIII Aeneidos:

Saevit inops animi.

idem in VIIII:

Et praeceps animi Tmarus et Ma||vortius Haemon.

similiter 'cupidus, rapidus, avidus' - Virgilius in VIIII:

Ergo avidum pugnae dictis ac numine Phoebi
Ascanium prohibent -,

'fidus illius' - Virgilius in XII:

Praeterea regina tui fidissima dextra
Occidit ipsa sua -,

'doctus grammaticae, prodigus animae'. Horatius carminum I:

Regulum et Scauros animaeque magnae
Prodigum Paulum.

'abundans illius rei' nomen est, nam participium ablativo, quomodo et verbum eius, coniungitur. Virgilius in bucolico:

Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans.

Cicero pro Cluentio: mulier abundat audacia. idem pro Cor-

2 a *om. D sup. lin. add. d* 3 nisi si sint *r* sint *om. S* passiva] *ODN* uel positiua *sup. lin. d* positiua *RML* possessiua uel passiua *S* 4 futuris *N* Nunc enim *S* 5 eiusdem] *d* eius *D* 6 abundans *in mg. add. L* *Verg. Aen.* II 61 aeneidis *MDL* aeneid? *S* 8 optulerat *N Med.* animo *Rom.* utrunque *L* 9 inops] *r* inobs *RS* p̄ceps] *d* p̄ces *D* *Verg. Aen.* IIII 300 III *S* Aeneidos *om. O* aeneidis *MDL* 10 seuit *DNS* inobs *S Pal. Fr.* 11 *Verg. Aen.* VIIII 685 VIII *O* 12 Tmarus] *d* marus *D Med.* timar' *N* timarys *M* tinarus *L* tmaros *Rom.* hemon *DN* 13 rapidus auidus cupidus *L* *Verg. Aen.* VIIII 661 *sq.* 14 Ergo] *d* ego *D* pugne *S* ac] *sic Verg. Pal. et, si recte Ribbeckium intellexi, fort. in ras. Rom.* et *Med.* phebi *S* 16 Virgilius] Idem *O* *Verg. Aen.* XII 659 *sq.* (*def. Rom.*) 19 prodigus anime *M* Oratius *N* *Hor. carm.* I 12, 37 *sq.* I carminum *O?* 20 Regulum] *n* Regulos *N* animaeque *DN* magne *S* 21 prodigum *M* prodigum poeno superante paullum *Hor. Reginens.* prodigum paulum (*vel* paullum) superante poeno *codd. Hor. rell. cf. adnot. Bentleii* Paulum *om. tres ex quattuor codd. Prisc. a Bentleio consultis, exhibent et Krehliani et mei omnes cf. adnot. Bentleii ad Hor. l. l.* 22 Habundans *S* est *om. M* 23 eius] *d* ei *D* *Verg. ecl.* 2, 20 24 peccoris *S* 25 Cicero tamen pro *S* *Cic. pro Cluentio* 65, 184 abundat] *sic etiam codd. Cic., praeter unum Laur.* XLVIII 12, *qui praebet* abunda, *et Arus. Mess. p.* 209 *Lind.* habundat *R* abundans *Lips. A Krehlii, edd. omnes, idque et apud Prisc. tuebatur et ipsi inde Ciceroni illaturus erat Spengelius allg. Schulzeitung* 1831 II 59, 468: *at participio nec apud Prisc. opus est, qui* 'participium' *inquit* 'ablativo, quomodo et verbum eius, coniungitur' audacia] *r* audatia *R* *Cic. pro Corn.* II *fr.* 9, IIII 2, 453 Cic. *ed. Orell. cf. Arus. Mess. l. supra l.* pro] in *N*

p. 1123 P. p. 114. 15 K.

nelio II: quis tam abundans copiis. similiter 'patiens', quando nomen est, genetivo sociatur - Lucanus in VIIII:

Qua niger astriferis conectitur axibus aer,
Quodque patet terras inter lunaeque meatus, —
Semidei manes habitant, quos ignea virtus
Innocuos vita patientes aetheris imi
Fecit, — et aeternos animam col|legit in orbes.

Virgilius in II georgicon:

patientem vomeris unci -,

quando participium, accusativo, sicut et verbum ex quo venit, 'patior illam rem, patiens illam rem'. Virgilius in III Aeneidis:

Haut impune quidem, nec talia passus Vlixes.

'amans illius' Cicero pro Caelio: clarissimi ac fortissimi patriaeque amantissimi. Sallustius in Catilinario: alieni appetens, sui profusus. et attende, quod voce passiva 'profusus', quia magis actum significat, genetivo est coniunctum. similiter si dicam 'doctus grammaticam', participium est, 'doceor' enim 'grammaticam' dicimus. et necesse est, ut diximus, casum, quem verba sequuntur, etiam participia sequi. 'doctus grammaticae' nomen est, 'fugitans litium' nomen est; nam 'fugitans lites' participium, dicimus enim 'fugito, fugitas lites'. Terentius in Phormione: 21

Erus liberalis est et fugitans litium.

similiter 'praefectus urbis' nomen est, 'praefectus urbi' participium; verbum enim dativo coniungitur 'praeficio tibi'. et postremo omnia, quae similem habent significationem in 'or' desinentibus verbalibus transitivis, genetivo solent iungi, ut 'dubius illius rei'; similiter 'anceps illius rei, nescius, expers, doctus, peritus'. ||

1 habundans *RD* ꝕcopiis *Rr* paciens *S* 2 *Luc. Phars.* VIIII 5 *sqq.* 3 Qua] *ex* quia *corr. D ex* ꝙua *Luc. Voss. B* Quam *L* conectitur] *sic etiam Voss. AB* connectitur *RMODS* 4 quodquę *D* quique *et* quaque *vv. ll. codd. Luc.* patens *v. l. ap. Luc.* luneque *M* lunęquę *D*ˣlune⁺⁺q̊; (ne *al. m. in ras.*) *Voss. B* 6 vitae *v. l. ap. Luc.* &heris *D* 7 et *sup. lin. add. r* 8 *Verg. georg.* II 223 9 pacientem *S* unci. Hoc quando *S* 10 participium est *Sr* accusatiuo, *in mg. add.* iungitur *L* accusatiuus iungitur. *NS* et *om.* (*M*) patior illam rem *om. L* 11 paciens *S* patiens illam rem *om. R add. r* *Verg. Aen.* III 628 (*deficit Rom.*) III *in ras. n* aeneidos *OSL* aeū *N* 12 Haut] *Verg. Med.* aut *RMNL* haud *ODS cum Pal.* inpune *ODS Med* pasus *L* 13 *Cic. pro M. Caelio or.* 14, 34 celio *DNSr* coelio (*MO*) claris *R* ac fortissimi *om. D sup. lin. add. d* fortissimi viri patriaeque *Cicero* 14 *Sall. Cat.* 5, 4 catillinario *L* 15 adtende *MN* passiva *om. S* 18 secuntur *N* secunquntur *D* 19 sequi. Igitur doctus *N* doctus] *r* doctis *R* grammatice *M post* nomen est *sqq.* — nomen est *om. O* litium] *r* licium *R* 20 participium est *MODNS* fugito uel fugitas *O* terrentius *ML* *Ter. Phorm.* IIII 3, 18 22 ęrus *M* herus (*O*) herus *ex* heros *corr. N* aerus *l* aeros *ni f. L* 23 partipium *D* 24 enim *om. S* praeficio tibi uel praeficior *O* p̄fitio tibi uel p̄ciſtior *S* praeficior tibi *Lr* et posttremo *S* similem *ex* similiter *corr. L* 25 desinentibus *ex* desidentibus *corr. L* uerbialibus *M* uerbialibus *RS* 26 coniungi *N* rei pro dubitator. similiter *OS* 27 doctus, peritus] *d* p̄ritus doctus *OS* doctus *D*

p. 1121 P. p. 115. 16 K.

22 Similiter genetivo adiunguntur omnia, quae obtineri vel desiderari aliquid ostendunt vel contraria his. et obtineri quidem aliquid ostendunt 'dives, copiosus, opulentus, capax, tenax'. Virgilius in I Aeneidis:

ditissimus agri

Phoenicum.

idem in II georgicon:

Dives opum variarum.

et quae | desiderari aliquid ostendunt: 'avarus illius rei, cupidus, avidus, studiosus', contra vero deesse aliquid significantia 'egenus, indigus, inops, pauper, vacuus'. Horatius in I sermonum:

horum

Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.

idem in II . . . . . .

Sic vacuum cerebri populum Phaeaca putavit.

23 Licet autem, ut dictum est, in omnibus possessionibus et pronomen vel nomen possessivum pro genetivo primitivi et dativum pro eo ponere, ut 'Euandrius filius fuit Pallas' et 'Euandri filius' et 'Euandro filius fuit Pallas; Telamonius filius fuit Aiax' et 'Telamonis' et 'Telamoni filius Aiax; pater meus fuit Aristarchus' et 'pater mei' et 'pater mihi; cliens Tullianus fuit Roscius' et 'cliens Tullii' et 'Tullio fuit Roscius'.

Similiter omnia ad aliquid eandem constructionem servant. et haec enim possidentur. maxime autem quando ad gratiam vel utilitatem alicuius vel contra aliquid fieri volumus significare, dativis utimur. Lucanus in II:

urbi pater est urbique maritus,

24 id est 'ad utilitatem urbis et pater fieri passus est et maritus'. similiter ergo possumus dicere 'fortis patriae sum' et 'multis fortior patriae sum' et 'omnium utilissimus patriae sum' et 'cunctorum piissimus patriae sum'. nam positivorum constructio etiam comparativis et superlativis servatur extra suam illorum constructionem, quam habent in comparando.

1 optineri *RN* obtineri aliquid ostendunt uel desiderari *S* 2 his quae obtineri aliquid (*L*) optineri *RN* 3 copiosius *S* *Verg. Aen.* I 343 *sq.* aeneidos *OD* ęn. *N* 5 phenicum *L* 6 *Verg. georg.* II 468 7 opus *O* 8 ut auarus (*M*) illius] *d* illi *D* 9 studiosus auidus (*M*) indigus] *1* indiga *libri* 10 *Hor. serm.* I 1, 78 *sq.* 12 ego semper *N* obtarim *S* optarem *N* *cum aliqua parte codd. Hor.* bonorum *ex* uerborum *corr. N* 13 *post* idem in II *excidit aut* Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem (*Hor. serm.* II 2, 119) *aut alius aliquis versus ex hoc libro petitus, tum* Iuvenalis in V *Iuv. sat.* V 15, 23 tam vacui capitis populum Phaeaca putavit? *cf. sat.* 14, 57 *extr.* vacuumque cerebro, *ad quem versum spectat* § 31 14 populum] *r* pupulum *R* pheaca *DSL Iuv. Pith.* phoęaca *N* 15 de pronomine et nomine possessiuo *in mg. inscr. d* in nominibus omnibus *L* pronõ⁂ *L* 17 fuit filius pallas *OS* fuit Pallas *om. D* euandro filius filius fuit *S* 18 Telamoni filius] *sic*, filius *in mg. add.*, *L* Aiax] fuit aiax *MONd* sicuti aiax *D* filius aiax *S* 19 mei et mei et pater mẹibi *L* michi *S* 20 tulii *R* et cliens tullio (*O*)*r* 21 omnia *in mg. add. L* ad aliquid dicta eandem *MN* 23 contra] *d* contraria *D* *Luc. Phars.* II 388 24 in XI *L* 28 piissimus patriae] pissimus patri *L* 29 possitiuorum *L*

p. 1124. 25 P. p. 116. 17 K.

Huiuscemodi autem constructiones, id est quae dativo adiunguntur tam nominum quam verborum, adquisitivas Graeci vocaverunt, id est περιποιητικάς, quae nobis aliquid boni malive adquirunt, quorum pleraque a verbis derivantur vel generant verba suntque adiectiva, ut 'utilis tibi sum' vel 'inutilis'; 'commodus illi sum' vel 'incommodus'; | 'fidus', cuius tamen superlativum etiam genetivo adiunxit Virgilius || in XII:

Praeterea regina, tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua.

similiter 'damnosus, periculosus, carus, facilis, difficilis, quaestuosus, vendibilis' et omnia similia, quae ferre aliquid commodi vel incommodi demonstrantur. quid est enim aliud 'utilis tibi sum' nisi 'utilitatem tibi ferens', 'calamitosus, calamitatem ferens'?

Et postremo omnia verbalia in 'lis' vel in 'dus' desinentia participiis futuris similia dativum asciscunt, ut 'mirabilis, legibilis, orabilis, amabilis mihi est; penetrabilis' et 'penetralis, extricabilis, dicendus, amandus, docendus' et similia, 'docilis' et 'docibilis'. sed 'docilis' est qui facile docetur, 'docibilis' qui facile discitur, quomodo 'penetralis' qui in intimis est partibus, 'penetrabilis' qui facile penetratur.

Aequiperantia etiam quomodo et verba, quae Graeci ἰσοπαλῆ vocant, et subiecta vel superposita, quae ἐπαναβεβηκότα, quae tamen et ipsa ad aliquid sunt dicta, de quibus iam diximus, 'subiecta' vero vel 'superposita' dicuntur, quod licet ea et subicere et praeponere, ut 'pater filii' vel 'filio est pater' et 'filius patris' vel 'patri est filius', similiter 'dominus: servus, imperator: miles, tyrannus: armiger, satelles: rex, erus: famulus, cliens: patronus' licet quovis ordine per utrumque casum proferre; 'similis' quoque et 'dissimilis, par: impar, aequus: iniquus, amicus: inimicus, comes: socius, affinis: cognatus, propinquus: vicinus, commilito: contubernalis'.

1 coniunguntur *O* iunguntur *L* 2 acquisitiuas *Nm* acquisitiuis *M* id est *om. ONL* ΠΕΡΙΠΟΙΗΤΙΚΑC *D* ΠΗΡΙΠΟΙΗΤΙΚΑC *S* ΠΕΡΙΠΟΤΕΤΙΚΑC *idemque in mg. repetitum d* ΠΕΡΤΟΙΗΤΙΚΑC *N* ΠΕΡΙΠΥΝΤΙΚΑC *M* ΠΕΡΙ*ΟΙΜΤΙΚΑC *in* ΠΕΡΙΝΟΙΗΤΙΚΑC *mut. L* 3 maliuę *R* uel mali *MN* acquirunt *N* 4 diriuantur *RSL* 5 illi] tibi *S* fidus illi cuius (*M*) 6 *Verg. Aen.* XII 659 *sq.* 7 preterea *DS* 8 cecidit *S* 9 questuosus *DNS* 10 ferri *ex* fere *corr. L* 11 demonstrant *r* aliut *D* 12 calamitatem tibi ferens *L* 13 verbalia] *r* uerbialia *RS* lis] is *S* 14 adsciscunt *MODLr* assciscunt *S* adciscunt *R* orabilis *om. N* 15 michi *N* penetralis] *ex* penetrabilis *corr. DN* 16 docilis docibilis *L* sed docilis est] *ex* s& ** docibili est *corr. D* 17 discitur] discit *O* penetralis] *ex* penetrabilis *corr. N* 18 partipibus *D* penetrabilis] *r* penetralis *R* et penetrabilis *O* 19 etiam *del., in mg.* tā gēto quam datō *add. r* *post* etiam: genitiuo uel datiuo adiunguntur *M* tam genetiuo (genitiuo *O*) quam datiuo *OL* tam gēto uel datiuo iunguntur *N* quomodo] *d* quomo *D* Graeci *sup. lin. add. n* CΟΠΑΑΗ *R* ICΟΠΑΑΑΙ *r* ICΟΠΑΑΝ *S* ΕΝΑΝΑ *N* 20 quae graeci ΕΠΑΝΑΒΕΒΗΚΟΤΑ *R* ΕΠΑΝΑΒΗΒ*ΚΟΤΑ(Ν) *S* epanabebeĸota *d* ΕΗΑΗΑΒΗΒΚΟΤΑ *D* ΕΠΑΝΑCΕΒΕΚΟΤΑ *L* ΕΝΑΝΑΒΒΗΚΟΤΑ uocant *N* 21 iam *om. M* 22 praeponere] *ex* ponere *corr. N* 23 et uel filius *DL* et filius est *Rr* patris et patri *N* 24 tirannus *DNS* herus *ONS* aerus *L* 25 licet enim ea quouis *SL* *post* proferre: vel quod ipsa possessio vel supra possessorem (vel superposita *S*) est, ut dominus pater, vel subiecta, ut filius. *add. Sr* 26 par et impar *O* equus *L* 27 sotius *D* affinis amicus cognatus *L*

p. 1125. 26 P. p. 117. 18 K.

Terentius in eunucho:

Quid tibi ego plura dicam? domini †similis es.

Iuvenalis in II:

non similis tibi Cynthia.

Cicero pro M. Marcello: simillimum deo iudico. Lucanus in X:

Quem metuis, par huius erat. |

idem in VIIII:

Par geminis Chiron et idem quod carcinos ardens Scorpios.

27 Accusativo quoque nominativi adiunguntur figurate, quando, quod parti accidit, hoc toti redditur. et totum quidem per nominativum, pars autem per accusativum profertur, ut 'fortis dextram' pro 'fortem dextram habens; celer pedes' pro 'celeres pedes habens; sapiens animam' pro 'sapientem animam habens; albus colorem' pro 'al||bum colorem habens'. et in omnibus subaudiendum 'qui est', etiam si obliquentur, ut 'albi colorem equi' id est 'equi eius, qui est albi coloris; albo colorem equo; album colorem equum'. sic etiam per pluralia 'albi colorem equi oblati sunt imperatori; alborum colorem equorum corpus fuit; albis colorem equis ve-
28 hitur; albos colorem equos iungit'. nam quicumque casus nominativo adiunguntur, etiam declinato construi possunt. Virgilius in I:

Nuda genu nodoque sinus collecta fluentes.

idem in VI:

lacerum crudeliter ora,

1 Terentius *MDL* *Ter. eun.* III 2, 43 2 quit *D* plura ego *N* plura] multa *Terentius et sic* § 248 similis es] *sic etiam Bemb. Bas. et R* § 248 similes es *M* similis est *libri plerique* § 248 simiu's *Fleckeisenus* 3 *Iuv. sat.* II 6, 7 in II *om. D* 4 non] haut (aut *Pith. et Thuan.*) *Iuvenalis* chyntia *Pith.* 5 *Cic. pro M. Marc. or.* 3, 8 M.] *sup. lin. add. r om. R rell.* *Luc. Phars.* X 382 7 par huius *ex* huius par *corr. L* erit *Luc. Voss. B et Tigurin.* 8 *Luc. Phars.* VIIII 536, scorpios *ex v.* 533 *accito pro initio v.* 537 Humidus Aegoceros VIII *RNDL* 9 chyron *D* carcinus *N* carchinos *d* carchinos parcinos *M* carchinus *Luc. Voss. uterque* 10 scorpios] *ex* scorpius *corr. O* scorpius *S cum utroque Voss. v.* 533 11 nominativi] *r* nominati *R* iunguntur *L* 12 toti] *m* titi *M* per] *d* pro *D* pars] *d* par *D* 13 dextram] *r* dextrae *L* dextre *R* dexteram *MS* 14 sapiens — animam habens *ante* celer — pedes habens *collocat N* 16 ut — coloris *notis* ÷ ÷ *induxit S* albicolorem equi *L* 17 albo] *r* albi *Rd* albicolorem *L* equo] *r* equ* (i?) *R* *post* equo: hoc est equo qui est albo colore *add. M* id huic equo qui est albo colore÷ *S* album] albi *d* albicolorem *L* album colorem equum] *om. R* album colorem equm *r* 18 .sic *om. D* pluralia *ex* plurale*a (m) *corr. R* albi] abi *S* colorem] *r* colorum *R* aequi *O* 19 corpus] magnum corpus *OD* corpus magnum *NL* corpus fuit magnum *M* uenitur *RMDN* 20 iunguntur *L* 21 etiam cum declinato *d* Virgil in VI. crudeliter — auribus. Idem in I. Nuda — fluentes. Idem in V *S* *Verg. Aen.* I 320 *cf. lib.* VII § 87 I aeneidos (*O*) 22 nudosque *M* nudoque *L* sinus] sin' ĩ *ex corr. l* sinu *ni f. L* colecta *D* fluentes] *sic etiam omnes* § 199, *nisi quod* fluetes *N, et* § 274 *praeter r;* fluentis *rd cum libris Verg. et sic libri lib.* VII § 87 *et r infra* § 274 23 *Verg. Aen.* VI 495 *sqq.* 24 ora *om. M*

p. 1126. 27 P. p. 118. 19 K.

Ora manusque ambas populataque tempora raptis
Auribus.

idem in V:

intentaque bracchia remis
Intenti.

Ablativus etiam coniungitur nominativo, quando per eum aliquid evenire demonstratur illi, qui per nominativum profertur, ut 'acutus oculis' id est 'per oculos; validus viribus' id est 'per vires; gloriosus laude' id est 'per laudem'. in hoc sensu Graeci quidem dativo, nos vero ablativo utimur. et quod supra quoque ostendimus, quando haberi aliquid vel consequi per genetivum Graeci ostendunt, nos ablativo utimur, ut μεγάλης ἀρετῆς ἀνήρ [id est 'magnam virtutem habens vir'], Latini 'magna virtute vir' dicunt; frequenter tamen et genetivo secundum Graecos in hoc sensu utuntur, ut 'magnae virtutis vir'. Virgilius in I: 29

ditissimus | agri
Phoenicum.

idem:

Dives equum, dives pictai vestis et auri.

Sallustius in Iugurthino: homines veteris prosapiae, multarum imaginum ac nullius stipendii. Terentius in Andria:

forte unam aspicio adulescentulam,
Forma . . . . ac vultu, Sosia,
Adeo modesto, adeo venusto,

hoc est 'virginem, quae habebat formam ac vultum modestum et venustum'. similiter in consequentiae significatione illi genetivo, nos ablativo utimur tantum, ut ἐμοῦ ὁρῶντος τὸν παῖδα ἔτυψας id est 'dum ego video, puerum cecidisti', quod nos dicimus 'me videnti puerum cecidisti; Augusto imperatore Alexandria provincia facta est' id est 'cum Augustus erat imperator; Bruto defensore liberata est tyranno respublica' id est || 'cum defen- 30

1 ambas *ex* abbas *corr. R* 3 *Verg. Aen.* V 136 *sq.* 4 bracchia] *R cum libris Verg. lib.* VIII § 9 *l. cf. Lachmanni ad Lucr.* VI 434 *comm.* brachia *r rell.* remis *ex* ramis *corr. N* 6 ablatiuus *ex* ablatiuis *corr. N* 7 occulis *L* 8 oculos *L* laude hoc est *O* 10 habere *DNS* 11 genitiuum antanaclaston greci *S* μεγάλης ἀρετῆς ἀνήρ] *r* ΜΕΓΑΛΕC ΑΡΕΤΕC ΑΝΕΡ *L et m. rec. in mg. D* ΜΕΓΑΛΕC. ΑΡΕΤΕC ΑΝΙΡ *N* ΜΑΤΑΑΗC ΑΝΝΡ *R* ΜΕΡΑΑΝCΑΡΕΕΑΝΗΡ *D passim corr. a d* 12 ἀρετῆς] *om. O* ΑΡΗΤΗC *S* magnam virtutem habens] magnae uirtutis *M* 14 *Verg. Aen.* I 343 *sq.* in I ęneidos *S* aeneidos I *O* 16 phęnicum *S* 17 idem] idem ⁂ *D* idem in VI *O* idem in XI *N* idem VII *L* qđ in VII; *S* *Verg. Aen.* VIIII 26 18 ęquum *Rr* 19 *Sall. Iug.* 85, 10 homines] *sic etiam* § 285. 293 hominis (*MO*) hominem *Sallustius* veteris prosapiae *om.* § 285 prosapie *S* multarum] *sic etiam Sall. Vat.* 3864 aut multarum *vel* ac multarum *libri Sall. plerique* 20 imaginum] *r* imaginem *lt* et nullius stipendi (*al.* stipendii) *libri Sall.* terrentius *ML* *Ter. Andr.* I 1, 91 *sqq. v.* § 14 21 adolescentulam *SL* 22 sosiā *L* o sosia *n* 24 quae] *d* que *D* habebat] *r* habat *R* uultu *R* modestum ac modestum. similiter *S* 26 ut ΕΜΩΡΟΝΤΟC. ΤΟΝ ΠΑΙΔΑΝΤΥΨΕC *S* ut ΕΜΟΥΟΡΝΟΤΟC. ΤΟΝΙΤΑ. ΙΑΙΔΕΤΥΦΕC *N* ὁρῶντος] *d* ΟΡΝΩΤΟC *M* ΟΡ⁂ΩΤΟC (Ν) *D* ΟΡΝΩΝΤΟC *r* ΟΡΟΝΤΟC *L* ΤΟΝ *R* ΠΑΙΑ *MDr* ΕΤΥΨΕC *RDl* ΕΦΟC *ni f. ante corr. L* id est] Id *N* 27 cicidisti *S* cecidisti *ex* cicidisti *corr. R* 28 cum] dum *N* 29 tiranno *D* a tyranno *MN*

p. 1127 P. p. 119, 20 K.

sor eius fuerat Brutus; Sulla victore perierunt Romani' pro 'cum victor fuerat Sulla'. in hoc autem sensu, ut ostendimus, non licet genetivo uti pro ablativo.

31 Illa quoque nomina, quae vim habent passivam, ablativo iunguntur: 'lassus labore, fessus cursu, cassus lumine', quod etiam participium potest esse. Virgilius in II Aeneidis:

Demisere neci, nunc cassum lumine lugent,

undecimo: . . . . . .

Cassa fraude parat;

'orbus prole, viduus pharetra'. Horatius in carminum libro I:

puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.

Iuvenalis libro III:

Dignus morte perit, cenet licet ostrea centum;

'vacuus cerebro, mente captus'. est tamen invenire in his quoque quaedam auctoritate veterum genetivis coniuncta. Virgilius libro XII:

Descendam magnorum haud umquam indignus avorum.

32 In comparationibus quoque ablativos ponimus pro genetivis, ut 'fortior Scipio Hannibale'. licet autem et nominativum cum nominativo interposita 'quam' comparere, ut 'fortior | Scipio quam Hannibal', et quod saepe superius docuimus, flexis quoque nominativis in obliquos casus eadem constructio obliquis quoque casibus servatur, ut 'fortioris Hectore Achillis maxima virtus fuit' et 'Scipionis quam Hannibalis mirabilis strenuitas erat'.

Necesse est autem omnia casualia eosdem casus in eadem structura servare, sive coniungantur, quod supra dictum est, nominibus sive pro eis sint posita. et pronomina quidem loco nominum etiam per se posita inveniuntur ideoque constructionem eorum sibi defendunt, ut 'gloriosus ego
III 33 sum doctrina; laudabilis est ille fortitudine'; participia vero et cum no-

1 sylla *RDMS* silla *NL* cum sylla uictor fuerat *D* 2 sylla *RMS* silla *NL* .cassus autem *om. O* 5 ut lassus *L* cursus lumine *N* partipium *D* 6 *Verg. Aen.* II 85 aeneidos (*O*) aeneidos *D* eñ. *N* 7 Dimisere *N* nici *D* cassum] *r* casum *R* *post* lugent: hic tamen nomen est *add. r* Tamen sine dubio nomen est (*M*) Hic tamen sine dubio nomen est. *OS; lin. dimid. erasa in L* in undecimo *Sd* in XI. *NL* Vndecimo libro *O* *post* undecimo *excidisse videtur* Nullum cum victis certamen et aethere cassis (*Aen.* XI 104), *tum* Lucanus in V *quod inseruit Krehlius* *Luc. Phars.* V 130 9 *post* parat *in D varia sequuntur de epactis et nugae quaedam curiales, tum ab* Orbus *in fronte novae pag. al. manus inc.* 10 *Hor. carm.* I 10, 10 *sqq.* II. *S* 11 minace *L* 13 appollo *L* apallo *N* 14 *Iuv. sat.* III 8, 85 15 coenet (*O*) cenet. licet *r* licet cenet *RL* 16 vacuus cerebro *spectat ad Iuv. sat.* 14, 57 *cf.* § 22 cerebro *ex* cerobro *corr. D* inuenire *ex* inuere *corr. D* 17 *Verg. Aen.* XII 649 18 discendam *Med.* haud] haut *L* ita ut *Rom.* numquam indignꝰus *Med.* 19 pro ab *L* 20 Hannibale] *d* annibale (*MO*)*D* autem *om.* (*M*) 21 hannibal *ex* annibal *corr. N* annibal (*O*) 22 superius saepe *S* 23 achilis *L* 24 annibalis (*MO*) annibalis marabilis trenuitas *D* 25 eosdem] *r* easdem *R* 26 coniugantur *N* 27 nominum *om. D* *add. d* 29 vero] etiam (*M*)

p. 1127. 28 P. p. 120. 21 K.

mine et cum pronomine et per se posita constructionem tam verbi necessario sequuntur quam nominis, quia utrique cognata sunt. nominis, ut 'Cicero accusans vicit; Ciceronis accusantis oratio valuit; Ciceroni accusanti contigit gloria; Ciceronem accusantem timuit Catilina; o Cicero accusans Catilinam patriam servasti; Cicerone accusante victus est Verres'. et eas quidem constructiones ad simi‖litudinem nominum habent participia; verbi vero constructionem servant eius singula participia, ex quo nascuntur, et vel absolute dicuntur, hoc est intransitive, quomodo et verba, quae non egent obliquis casibus, ut 'ambulo, sedeo, surgo: ambulans, sedens, surgens', vel transitive, hoc est in diversas personas vel in se ipsas per reciprocationem, id est sui passionem, quam Graeci ἰδιοπάθειαν dicunt: ut 'misereor tui' vel 'mei, miserens tui' vel 'mei; invideo tibi' vel 'mihi, invidens tibi' vel 'mihi; video te' vel 'me, videns te' vel 'me; potior te' vel 'me' et 'illo' vel 'illum' et 'tui' vel 'mei, potiens te' vel 'me' et 'illo' vel 'illum' et 'tui' vel 'mei'. 34

Lehrs, K., populäre Aufsätze aus dem Alterthum, vorzugsweise zur Ethik und Religion der Griechen. gr. 8. 1856. geh. 1 Thlr. 14 Ngr.

Lex Romana Visigothorum. Ad LXXVI librorum manu scriptorum fidem recognovit, septem ejus antiquis epitomis, quae praeter duas adhuc ineditae sunt, titulorum explanatione auxit, annotatione, appendicibus, prolegomenis instruxit **Gustavus Haenel.** Editio post Sichardum prima. 4. geh. 1849. 12 Thlr.

Lothholz, G. L., commentatio de Bongarsio singulisque ejus aequalibus. 4 geh. 6 Ngr.

Mommsen, Aug., Beiträge zur griechischen Zeitrechnung. gr. 8. 1856. geh. 15 Ngr.

—— **Römische Daten.** 4. 1856. geh. 16 Ngr.

Naevi, Cn., de bello Punico reliquiae. Ex recensione Ioannis Vahleni. gr. 4. 1854. geh. 12 Ngr.

Nicandrea. Theriaca et Alexipharmaca, recensuit et emendavit, fragmenta collegit, commentationes addidit **Otto Schneider.** Accedunt scholia in Theriaca ex recensione **Henrici Keil,** scholia in Alexipharmaca ex recognitione **Bussemakeri** et **R. Bentlei** emendationes partim ineditae. gr. 8. 1856. geh. 3 Thlr.

Petersen, Chrisfian, über die Geburtstagsfeier bei den Griechen nach Alter, Art und Ursprung. Ein Beitrag zum Hausgottesdienst der alten Griechen. gr. 8. geh 15 Ngr.

Piderit, K. W., zur Kritik und Exegese von Cicero de. oratore. I. 4. 1857. geh. 8 Ngr. II. 4. 1858. geh. 10 Ngr.

Plauti, T. Macci, comoediae. Ex recensione et cum apparatu critico Friderici Ritschelii. Accedunt Prolegomena de rationibus criticis grammaticis prosodiacis metricis emendationis Plautinae. Tomus I. II. III. pars 1. 2. gr. 8. geh. 10 Thlr.

Auch in 9 einzelnen Lieferungen. 1. 1. 2 Thlr. — die übrigen Stücke à 1 Thlr.

—— **caed. Scholarum in usum recensuit Fridericus Ritschelius. Tomus I. II. III.** 1. 2. gr. 8 geh. 1 Thlr. 15 Ngr.

Einzeln jedes Stück à 5 Ngr.

Plutarchi de musica edidit Ricardus Volkmann. gr. 8. 1856. geh. 1 Thlr. 6 Ngr.

Poppo, Ern. Frid., de historia Thucydidea commentatio. Accedit index historicus et geographicus. gr. 8. 1856. geh. 20 Ngr.

Prisciani inst. gramm. libri ed. Hertz, s. unter Grammatici Latini.

Reliquiae iuris ecclesiastici antiquissimae. Syriace primus edidit A. P. de Lagarde. gr. 8. 1856. 4 Thlr.

—— —— —— —— **Graece edidit A. P. de Lagarde.** gr. 8. 1856. 1 Thlr. 20 Ngr.

Ribbeck, Otto, über die mittlere und neuere Attische Komödie. Oeffentlicher Vortrag, gehalten im Rathhause zu Bern. 8. geh. 7½ Ngr.

Ross, Ludwig, archäologische Aufsätze. Erste Sammlung: Griechische Gräber — Ausgrabungsberichte aus Athen — zur Kunstgeschichte und Topographie von Athen und Attika. Mit 8 farbigen und 6 schwarzen Tafeln und einigen Holzschnitten. gr. 8. 1855. geh. 4 Thlr.

—— —— **eine alte lokrische Inschrift von Chaleion oder Oeantheia, mit den** Bemerkungen von **J. N. Oekonomides.** Mit 1 lithogr. Tafel. gr. 8. 1854. geh. 15 Ngr.

Rossbach, Aug., und R. Westphal, Metrik der griechischen Dramatiker und Lyriker nebst den begleitenden musischen Künsten.

Erster Theil: **Griechische Rhythmik** von **A. Rossbach.** gr. 8. 1854 geh. 1¼ Thlr.

Dritter Theil: **Griechische Metrik** nach den einzelnen Strophengattungen und metrischen Stilarten. Von **A. Rossbach** und **R. Westphal.** gr. 8. 1856. geh. 2½ Thlr.

Salusti, C., Crispi Catilina et Iugurtha. Aliorum suisque notis illustravit Rudolfus Dietsch. Vol. I. CATILINA. 1 Thlr. Vol. II. IUGURTHA. 1 Thlr. 15 Ngr.

—— **Historiarum fragmenta. Pleniora, emendatiora et novo ordine disposita** suisque commentariis illustrata edidit et indices accuratos adiecit **Fridericus Kritzius.** Accedit codicis Vaticani et Palimpsesti Toletani exemplum lapidi inscriptum. gr. 8. 1853. geh. 3 Thlr.

Scenicae Romanorum poesis fragmenta. Recensuit Otto Ribbeck. 2 voll. gr. 8. geh. 6 Thlr.

Vol. I. Tragicorum reliquiae. 3 Thlr. Vol. II. Comicorum reliquiae. 3 Thlr.

Schaefer, Arnold, Demosthenes und seine Zeit. 3 Bde. (III. Band in 2 Abth.) gr. 8. 1856—1859. 10⅓ Thlr.

Schaeferi, Arnoldi, de sociis Atheniensium Chabriae et Timothei aetate in tabula publica inscriptis commentatio. 4. 1856. geh. 8 Ngr.

Scheibe, C., Lectiones Lysiacae. gr. 8. 1856. geh. 15 Ngr.

Schulze, R., Quaestiones Hermesianacteae. Dissertatio. gr. 8. 1858. geh. 10 Ngr.

Sharpe's, Samuel, Geschichte Egyptens von der ältesten Zeit bis zur Eroberung durch die Araber 640 (641) n. Chr. Deutsch von Dr. **H. Jolowicz.** Zwei Bände. Mit einer Karte und drei Plänen. gr. 8. 1857/58. geh. 4 Thlr.

Sophoclis tragoediae. Graece et Latine. Ex recensione Guil. Dindorfii. 2 voll. 8. 1850. 2 Thlr. 9 Ngr. Auch jedes Stück einzeln à 7½ Ngr.

Struve, Caroli Ludovici, directoris quondam Gymnasii Urbici Regimontani, opuscula selecta edidit **Iacobus Theodorus Struve.** 2 voll. gr. 8. 1854. geh. 5 Thlr.

Susemihl, Franz, die genetische Entwickelung der Platonischen Philosophie einleitend dargestellt. Erster Theil. gr. 8. 1855. geh. 3 Thlr.

—— —— ——, Zweiten Theiles erste Hälfte. gr. 8. 1857. geh. 2 Thlr.

Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri octo. Ad optimorum librorum fidem editos explanavit **Ernest. Frid. Poppo.** Vol. IV. Sect. III. gr. 8. 1856. geh. 20 Ngr.

Tragicorum Latinorum reliquiae. Recensuit O. Ribbeck. gr. 8. 1852. geh. 3 Thlr.

Tragicorum Graecorum fragmenta. Recensuit A. Nauck. gr. 8. 1856. geh. 5⅔ Thlr.

Usener, Hermannus, Analecta Theophrastea. gr. 8. 1858. geh. 7½ Ngr.

Vahleni, Ioannis, in M. Terentii Varronis saturarum Menippearum reliquias con- jectanea. gr. 8. 1858. geh. 1 Thlr. 14 Ngr.

Unter der Presse befinden sich:

Boeckh's, Aug., gesammelte kleine Schriften. Zweiter Band: Deutsche Reden.

Bucolicorum Graecorum reliquiae. Edidit H. L. Ahrens. Tomus secundus. Scholia et glossae.

Corssen, W., über Aussprache, Vocalismus und Betonung der lateinischen Sprache. Gekrönte Preisschrift. II. Theil.

Gruppe, O. F., Minos. Ueber die Interpolationen in den Römischen Dichtern, mit besonderer Rücksicht auf Lucrez, Catull, Virgil, Horaz und Ovid. gr. 8.

Huschke, E., die Iguvischen Tafeln nebst den kleinen Umbrischen Inschriften mit Hinzufügung einer Grammatik und eines Glossars der Umbrischen Sprache, vollständig übersetzt und erläutert. gr. 8.

Sallusti, C., Crispi opera. Recensuit, apparatum criticum, commentationes, indices etc. adjecit **Rudolfus Dietsch.** Vol. I. gr. 8.

C. Suetoni Tranquilli praeter libros de vita Caesarum reliquiae. Recensuit dis- posuit quaestionibus Suetonianis inlustravit **Augustus Reifferscheid.** gr. 8.

Vergilii carmina. Recensuit, apparatum criticum et prolegomena adiecit Otto Ribbeck. gr. 8.

Demnächst werden erscheinen:

Boeckh's, Aug., gesammelte kleine Schriften. Dritter Band.

Catonis M., fragmenta. Recensuit H. Jordan.

Grammatici Latini ex recensione Henrici Keilii. Vol. III. fasc. 2. Prisciani scripta minora edidit **H. Keil.**

Grote, G., Griechische Mythologie und Antiquitäten. Uebersetzt von Dr. Th. Fischer. IV. Band. (Schluss.) gr. 8.

Homeri carmina minora. Mit kritischem Apparat und exegetischem Commentar von Dr. **A. Baumeister.**

Müller, Lucian, de metris poetarum Romanorum exceptis Plauto et Terentio libri tres.

Plauti, T. Macci, comoediae. Ex recensione et cum apparatu critico Friderici Ritschelii. Tomi III pars III Poenulum complectens. gr. 8.

Rossbach, Aug., und R. Westphal, Griechische Metrik. II. Band. gr. 8.

Rubino, J., Abhandlungen aus dem Gebiete der Alterthumskunde, insbesondere der römischen. Erster Band.

Sallusti, C., Crispi opera. Von Rudolf Dietsch. Zweiter Band.

Susemihl, Franz, die genetische Entwickelung der Platonischen Philosophie, einleitend dargestellt. Zweiten Theiles zweite Hälfte. gr. 8.

Teuffel, W. S., Handbuch der Geschichte der Römischen Litteratur. 3 Bde.

Ein vollständiges Verzeichnis meines philologischen und Schulbücher-Verlags ist in allen Buchhandlungen gratis zu haben.

Leipzig, im December 1858.

B. G. Teubner.

PRISCIANI

GRAMMATICI CAESARIENSIS

DE FIGVRIS NVMERORVM
DE METRIS TERENTII
DE PRAEEXERCITAMENTIS RHETORICIS

LIBRI

INSTITVTIO
DE NOMINE ET PRONOMINE ET VERBO

PARTITIONES DVODECIM VERSVVM
AENEIDOS PRINCIPALIVM

ACCEDIT

PRISCIANI QVI DICITVR LIBER DE ACCENTIBVS.

PRAEFATIO HENRICI KEILII

Quoniam Martinus Hertzius, vir amicissimus, operam suam in Prisciano conlocatam, quae mihi in hoc labore gratissima fuit, duodeviginti institutionum libris contineri voluit, reliqui libri, qui quidem grammatici generis sunt, ne in nova editione desiderarentur, meum studium necessario requirebant, tametsi minus paratum ad illud negotium praeter opinionem mihi oblatum me esse videbam. olim enim, cum manu scriptos libros Latinorum grammaticorum excutiebam, Prisciani codices tam quam a me alienos, propterea quod eos omnes ab Hertzio susceptos esse existimabam, neglexeram. postea vero, cum minores libros ab illo praetermissos esse audirem, utrumque nostrum idoneo emendationis apparatu destitutum esse sero intellexi. itaque, ne meus error gravius detrimentum nostro operi adferret, renovatis studiis ea quae antea omissa erant adicienda esse statui. et feliciter accidit ut tres bibliothecae, quas eo consilio adii, Parisina, Leidensis, Guelferbytana, satis amplam copiam bonorum librorum praestarent. qua re quamquam fortasse rectius quaedam instituissem et alios codices ad emendationem adhibuissem, si ab initio in hos libros studium meum convertissem, tamen his quibus usus sum novam recensionem ita munitam esse confido, ut vix quicquam novi ex melioribus libris addi possit.

Tres igitur libros ad Symmachum scriptos de figuris numerorum et de metris Terentii et de praeexercitamentis rhetoricis saepius quam reliquos post octavum saeculum descriptos esse inveni. nam cum duodeviginti institutionum libros ita olim divisos esse animadverterit Hertzius, ut septimus decimus et octavus decimus, qui sunt de ordinatione et constructione dictionum, a reliquis sedecim segregarentur, una cum duobus de constructione libris et hi tres ad Symmachum scripti et carmen de ponderibus et Rufini commentarius de metris Terentii poni solebant; rarius unum et alterum separatim scripserunt librarii. omnes autem codices ita inter se consentiunt, ut communem fontem, quo omnes hi libri quos dixi ex antiquiore aetate propagati sunt, sine magna diversitate scripturae

expressum esse adpareat. itaque ut illud archetypum, quod eius fieri posset, ante oculos poneretur, dubitare non poteram quin eos potissimum libros tam quam duces huius negotii eligerem, quorum fides in maiore opere recensendo probata erat Hertzio. ii autem sunt Parisinus 7496 et Leidensis bibliothecae Vossianae 12. 8, saeculo nono exeunte, ut mihi videbatur, scripti. e quibus Parisinum librum R littera indicavi, Leidensem V dixi, Hertzii exemplum in utroque imitatus. Parisinus codex, de quo Hertzius dixit praef. Prisc. I p. X sq., post duodeviginti institutionum libros habet hos libros ad Symmachum f. 236 — 243 et 247. nam una scheda, quae ad praeexercitaminum librum pertinet, post librum Rufini et carmen de ponderibus, quae illum excipiunt, transposita est. codicem Leidensem Hertzius descripsit praef. Prisc. I p. XXI. in utroque autem ea quae primum scripta erant interdum correcta sunt, rarius in Leidensi, saepius in Parisino. sed ex his omnibus in iis certe libris, ad quos mea cura pertinebat (nam de reliquis non quaesivi), nihil vidi ita conparatum esse, ut ab alio homine, atque eo qui reliqua scripsisset, profectum esse constaret. itaque haec adnotare nolui, praesertim cum omnem illam discrepantiam fere in levioribus rebus iisque nulli dubitationi obnoxiis versari viderem, sed plerumque emendatam scripturam sequi sufficiebat.

Ad hos codices, qui per tres libros fidem suam praestiterunt, binos in singulis accedere volui, quibus illorum auctoritas suppleretur. primum enim codex Parisinus 7530 octavo saeculo scriptus (P), cuius excerptis in non nullis libris maioris operis usus est Hertzius, qui de hoc codice dixit praef. Prisc. I p. XI sq., librum de figuris numerorum et librum praeexercitaminum continet. et ille quidem, quem priore loco dixi, genuino ordine a librario mutato ita scriptus est, f. 272 — 276 *de figuris numerorum quos antiquissimi habent codices. Sciendum* p. 1345 — *sic* (M) p. 1347, *Necessarium autem esse* p. 1351 — *sexangulum et similia. explicit* p. 1358, *De ponderibus etiam* p. 1347 — *decima libella* p. 1350; alter f. 259*—265* ita, *incip praeexercitamina prisciani grammatici. de fabula — inglorium est expl.* est autem is codex non solum antiquior quam reliqui, sed etiam paucis locis solus veram scripturam servavit. quamquam in libro de figuris numerorum minuitur eius auctoritas ea re, quod librarius parum accurate archetypum suum expressit, sed ad argumentum rerum traditarum potius quam ad fidem verborum intentus conplura pro suo arbitrio mutavit, quaedam etiam omisit vel in breviorem formam redegit, quod ipsum in excerptis institutionum quoque factum esse animadvertit Hertzius. accuratius scriptus est praeexercitaminum liber. deinde in libro de metris Terentii olim, cum de his libris edendis nondum cogitabam, contuleram codicem Va-

ticanum, qui est in bibliotheca Christinae reginae Sueciae 1709 (B). is est membranaceus forma quadrata saeculo decimo scriptus. fuit olim Petri Danielis, cuius nomen in scheda tricesima prima scriptum est ita, 'ex libris Petri Danielis'. continet autem primum tres libros Prisciani, de quibus dicimus, deinde Rufini librum de metris Terentianis, quem libelli quidam varii argumenti ab hominibus inferioris aetatis conpositi excipiunt: in reliqua codicis parte Ovidii fastorum libri alia eaque antiquiore manu scripti sunt. hunc si in omnibus tribus libris contulissem, omnem scripturae discrepantiam exhibuissem. nam etiamsi ipse quoque eandem recensionem, quae est in Parisino et in Leidensi codice, sequitur, tamen magis quam reliqui ab illis recedit et propria quaedam veritatis vestigia tenet, quamquam est ubi dubitem, utrum ea a meliore fonte propagata sint an a docto homine inventa. sunt enim omnia ita conparata, ut coniectura inveniri potuerint. tertium codicem adsumpsi Parisinum 7501 membranaceum forma maxima saeculo decimo scriptum (A). qui codex post institutiones Prisciani et carmen de ponderibus libros ad Symmachum scriptos continet f. 194 — 205: hos excipit Rufini libellus f. 205 — 210 et interpositis paucis vocabulorum interpretationibus commentarius in Priscianum f. 211 — 220. ex hoc libro quam diligenter olim hi quoque Prisciani libri a doctis hominibus tractati sint intellegi potest. nam multa in marginibus adscripta sunt, quibus praecepta grammatici explicarentur. sed ea omnia tam vulgaria vel inepta sunt, ut nihil dignum esse crediderim quod memoriae traderetur. contra ea quae in ipsa scriptura codicis mutata erant non poterant neglegi. haec igitur, quamvis non ab uno homine omnia profecta esse credam, ut solet in hoc genere incertum esse iudicium, tamen, sicubi digna esse memoria videbantur, communi *a* litterae nota indicavi. sed hunc codicem in duobus libris de figuris numerorum et de metris Terentii usurpavi. nam in praeexercitaminibus praeter antiquissimum Parisinum conlatum habebam Leidensem codicem, qui est inter Vossianos formae quadratae numero tricesimus tertius. de quo codice, quo et olim in Charisio et nunc in duobus Prisciani libris usus sum et postea utar saepius, quoniam minus diligentem in eo describendo fuisse video Lindemannum praef. in Prisc. op. min. p. XV sqq., dicam accuratius. ex diversis igitur membranarum fasciculis conpositus est. e quibus fasciculis primus, f. 1 — 56, qui fuit olim Bartholomaei Schobingeri, Ciceronis de inventione libros saeculo undecimo scriptos continet: in ultima eius pagina scripti sunt versus quadraginta duo, *Rithmus de communione et differentia rethorice ac dialectice, Multi rhetores uocantur — quod uult aduersario.* secundus fasciculus, qui fuit item Schobingeri, f. 57 — 60, tres schedas habet ex codice Persii duode-

cimo saeculo scripto decerptas et quartam, in qua fragmentum somnii Scipionis undecimo saeculo scriptum est. tertia codicis pars, in qua Goldasti nomen inscriptum esse dixi praef. vol. I p. XXIII not., conplurium grammaticorum libros continet, qui ne ipsi quidem unius codicis olim fuerunt, sed ex quattuor, ut mihi quidem visum est, codicibus saeculo decimo scriptis collecti sunt. continet enim primum f. 61 — 74 fragmenta commentariorum in Donatum et *uersus Lactantii de aue foenice* in extremis schedis alia manu scriptos. deinde sequitur unus quaternio f. 75 — 82 ex alio codice petitus, in quo commentarius de partibus orationis, is de quo dixi praef. vol. I p. XIX, scriptus est: hunc in extrema pagina formata episcoporum, *Nicena sinodus nunc ordinem inter episcopos in faciendis epistolis conseruandum esse instituit — enacosse*, et alia quaedam varii argumenti excipiunt. secuntur decem conpages membranarum, f. 83 — 158, quae in eo codice, ex quo receptae sunt, olim fuerunt numero VII—XVI. in his scripta sunt haec, f. 83 — 110* Prisciani partitiones duodecim versuum Aeneidos principalium, quibus f. 111 subiecti sunt versus hi, quibus Dicuilus Scotus huic libro se operam dedisse profitetur:

hic codex pueris plus quam sapientibus aptus,
si iam scire pedes malint et scandere versus,
et si scire velint caesuras atque figuras,
quot partes in versu instant de partibus octo,
et qualem retinet sensum quaecumque loquela,
et quae prima manent, quae dirivata secuntur:
in hoc ille canit quicquid parti accidit omni.
undecies flexit bene verba errore repulso,
conticco, everto, immitto quoque, nutrio, surgo,
infringo, arceo, for, teneo, possum atque relinquo,
quamvis for sic ut dor non plerumque legatur.
ostendit nobis, ut non errare queamus,
quae contra suetam, quae recte regula servat.
hi sunt istius tituli plene ordine facti,
ut feci ante alios libros discernere causas
in prosa fieri nullo moderamine metri.
Prisci canit pueris haec ani cuncta libellus,
aequalis primo qui constat sive secundo
codiculo facto de constructa arte loquendi,
idem grammaticus doctis quos fecerat ante.
hic fieri pariter debet parvumque volumen,
quod fecit pueris, de partibus ante quaternis
primo ut discatur, sed qui minor esse videtur,
postquam declinant partes, ut scandere possint.
lux solis cecidit, stellarum lumina clarent,

ales agit noctis, dormit hodierna volucris:
Dicuil hos fecit titulos aperire libellos.

secuntur f. 111*—113* Ausonii technopaegnion liber, *Ausonius pacato — nota caledoniis nuribus mulicbre decus*, et duodecim versus Lucani: f. 114—115 carmen de ponderibus, *item prisciani liber de ponderibus et mensuris ex opere rufini uel fauiani. de ponderibus et mensuris. Pondera peoniis — sine aquis:* f. 115*—120* *item liber prisciani ad simacum de figuris numerorum. Omni — sexangulum et similia:* f. 120* —126* Prisciani praeexercitamina, *Fabula est — inglorium est:* f. 127 —130* Rufini de metris Terentianis libelli pars, *versus rufini* p. 2709 — *rhetores aptant* p. 2715: f. 130*—134* commentarius de metris, carmina quaedam minora, de pedibus pentasyllabis, de declinatione commentariolus: f. 135—144 Prisciani periegesis, *incipit periegesis prisciani grammatici. Naturae genitor — praemia donet:* f. 144*—154 Serenus de medicina, *Disticon exemplatoris. Multimodum — pellit medicina laborem. explicit liber medicinalis quinti sereni feliciter:* f. 155—158 Catonis disticha, *incipiunt libri catonis philosophi. Cum animaduerterem — sensus coniungere binos. explicit liber IIII catonis. incipit versus de filomella, Sum noctis socia — haec bona grata tuis.* denique in fine codicis duo adiecti sunt quaterniones ex quarto quodam codice decerpti, qui primum f. 159—170 expositionem Clementis de barbarismo et metaplasmo, de qua dictum est praef. vol. I p. XXI, continent, deinde f. 170 et 170* de ceteris vitiis commentarium ex libro Pompeii excerptum, tum f. 171—172 commentarium de orthographia, *incipiunt pauca ex multis grammaticorum id est terrentii prisciani capri cassiodori et aliorum libris excerpta de ortografia et differentia similium orationis partium. Ortografia — aule nomine sed atrium;* post quae in extremis schedis alia quaedam varii argumenti scripta sunt. ex his adparet ad illas decem conpages, in quibus cum alia tum Prisciani libri scripti sunt, et in initio et in fine quaterniones conplures ab eo codice, ad quem illae pertinebant, alienos additos esse. sed ut iam ad eam partem codicis, quae propria est huius disputationis, redeam, in praeexercitaminibus hunc codicem, quem Lindemannum secutus S dixi, quartum testem adsumpsi ad codices PRV; in libro de figuris numerorum, quem ipsum quoque conlatum habebam, non opus esse visum est integram scripturae discrepantiam exhibere, sed pauca, quae non indigna esse memoria videbantur, adnotavi. nam et neglegentius scriptus est quam reliqui libri, quibus usus sum, et quaedam, nisi fallor, temere a librario novata sunt.

Sed maxima fuit plurimorum librariorum neglegentia in iis quae in libris de figuris numerorum et de metris Terentii Priscianus ex Graecis scriptoribus adscripsit, ut solebant fere Latini librarii, quamvis diligentes homines, Graeca vocabula, quae non intellegebant, aut

omittere aut multis erroribus corrumpere. itaque ex iis libris, quibus usus sum, unus V omnia quae Graece scripta sunt servavit. ad cuius fidem proxime accedit A, in quo breviora non sine multis erroribus quidem, sed ita tamen ut nihil omitteretur, descripta sunt; in duobus longioribus fragmentis p. 1347 et 1350 prima vocabula posita, reliqua omissa sunt. in R, qui codex Prisciani verba accuratius quam reliqui libri expressit, e Graecis vocabulis paucae fere litterae pictae sunt, defectu ita super versum indicato 'deest graecum'. denique BPS omnia fere quae Graece scripta erant omittunt.

Ex iis libris, quorum integram scripturae discrepantiam non habui, maxime memorabiles sunt duo, Monacensis 280 et Erlangensis 301. de Monacensi codice, quem descripsit Hertzius praef. Priscian. I p. XXII, cum Guilelmum Christium per litteras interrogavissem et ab eo petivissem ut maxime de Didymi verbis p. 1350 citatis, quae unius V auctoritate nitebantur, me certiorem faceret, illa quidem sua manu transscripta comiter ad me misit, in reliquis locis ne ex hoc quidem meliora, quam quae in aliis libris extarent, peti posse testatus est. qua re in illo loco quem dixi scripturae discrepantiam adposui, quamquam praeter unum supplementum, quod olim inde ediderat Spengelius in Varr. de ling. Lat. p. 171, nihil novi attulit. Erlangensis autem codex propter Ciceronis de oratore libros in primis laudatus, quem inter codices Ciceronianos recensuit Halmius (zur Handschriftenkunde der Ciceronischen Schriften, Monachii 1850) p. 3, unum Prisciani librum de figuris numerorum decimo saeculo scriptum continet, f. 147 — 150 *Priscianus grammaticus Symmacho — et similia. De figuris numerorum liber singularis Prisciani grammatici Caesariensis explicit. venerando abbate Gerberto philosophante suus placens Ayrardus scripsit.* cum quoque Graeca vocabula plena quidem exhibere, sed non diversa a Leidensi et Monacensi libro, cognovi ex iis, quae a me interrogatus ea de re liberaliter rescripsit vir illustrissimus Doederleinius. praeterea bis in Graecis vocabulis adscripsi testimonium codicis Parisini 7504, qui una cum maiore opere Prisciani hos libros decimo saeculo scriptos continet, et item bis codicis Leidensis Vossiani 34. 4, in quo post Terentii fabulas initium libri de metris Terentii saeculo decimo scriptum extat. ceterum in ea cognatione omnium librorum, quam dixi, inutile esse putavi operosa diligentia quidquid librarii peccaverunt memoriae prodere, sed eam rationem secutus sum, ut, siquid in uno libro vel omissum vel prave scriptum esset, quod integrum extaret in reliquis, non accurate unius cuiusque librarii neglegentiam indicarem, in iis tantum, quae ex antiquioribus scriptoribus adscripta essent vel propter rerum gravitatem maiorem curam desiderarent, quidquid libri exhiberent, proponerem.

Veterum editionum non maior in his libris auctoritas est, quam in institutionibus esse docuit Hertzius. nam in principe editione, qua a. 1470 una cum reliquis Prisciani libris hi quoque a Vindelino Spirensi, ut creditur, Venetiis editi sunt, ut multa aliter atque in veteribus codicibus exhibentur, ita nihil est, quod non ab interpolatione Italorum potius quam a fide melioris codicis profectum esse credi possit. eam autem secuti sunt quicumque proximis annis Priscianum ediderunt. ex quibus editionibus praeter ipsam principem usurpavi has, de quibus accuratius dixit Hertzius, Venetam a. 1472, Venetam a. 1492, Mediolanensem a. 1511, Parisinam Badii Ascensii a. 1516, Aldinam a. 1527. Venetae duae et Mediolanensis, quae nulla manu scriptorum librorum ope factae sunt, paucis locis a principe editione recedunt, sed Graeca vocabula in illa constanter omissa interdum hi editores adiecerunt, si modo coniectura, id quod raro accidit, recuperari posse videbantur; eandemque rationem in notis numerorum, e quibus paucas princeps editio praestitit, tenuerunt. quo factum est, ut in his potissimum magna esset exemplarium olim inpressorum et inter se et a manu scriptis libris dissensio. sed ex manu scriptis libris defectum Graecorum vocabulorum primum suppletum inveni in Ascensiana editione. quamquam ne in hac quidem ita multa mutata sunt. nam neque omnibus locis Graeca vocabula restituta neque ea quae vel in his vel in reliquis locis priorum editorum studio interpolata erant remota sunt. Ascensii editionem plerumque sequitur Aldina; non nulla tamen coniectura, non auctoritate codicum, qui in his libris editori praesto non fuerunt, mutata sunt. sed cum in his antiquissimis exemplaribus non fides scripturae quaerenda esset, quae nulla est, sed ea tantum adscriberem, quae vel recte emendata erant vel quem ad modum olim edita essent cognoscere non inutile videbatur, cumque nihil interesset a quo quaeque profecta essent, institutum meum tenui, ut communi signo ς omnem illam discrepantiam conplecterer. post hos editores de uno libro, qui est de figuris numerorum, optime meruit Elias Vinetus, qui hunc libellum una cum Rhemnii Fannii, quem dicit, carmine et cum Bedae computo et cum Volusii Maeciani distributione partium edidit et commentatus est Parisiis a. 1565. is enim optimo codice, qui nunc est Leidensis Vossianus 12. 8, ad Prisciani librum emendandum adhibito non solum primus omnium ea quae Graece scripta sunt restituit, sed etiam omnem librum ab interpolatione superiorum editorum purgavit. nam ille ipse liber quem dixi est is, quem sibi commodatum esse a Ioanne Tilio, Briocensi episcopo, scribit. Vineti editionem expressit Putschius, quem et in reliquis duobus libris et in iis, de quibus postea dicendum est, ad Aldinum exemplum se accommodasse inveni, nisi quod in libro de

metris Terentii satis multa mutavit, quae ex codice Scaligeri et Bongarsii emendata esse dicit. nam Franciscus Pithoeus, qui librum praeexercitaminum cum aliis de arte rhetorica libris Latine scriptis edidit a. 1599, pauca mutavit, quae non recepit Putschius. postea Fridericus Lindemannus minores Prisciani libros, in quibus nunc versamur, omnes excepto illo, qui est de nomine et pronomine et verbo, ex codicibus Leidensibus emendatos edidit Lugduni Batavorum a. 1818. is autem praeter duos codices a me quoque usurpatos, Vossianum 12. 8, quem D dicit, et Vossianum 33. 4, in libro de figuris numerorum et in praeexercitaminibus usus est tertio item Vossiano 15. 8 saeculo undecimo scripto, qui ipsi V est; cui ego nullam fidem habendam putavi. est enim neglegenter scriptus, et multa temere mutata sunt. ceterum Lindemannus, quamquam multa propter bonitatem librorum, quibus usus est, recte emendavit, tamen, quia neque librorum naturam penitus perspexerat et veterum editionum auctoritate tenebatur, saepe a vero aberravit. denique Krehlius omnino Lindemanni exemplum secutus est. neque Gaisfordius, qui librum de metris Terentii inter scriptores Latinos rei metricae edidit, quicquam praestitit, sed omnem librum sic, ut a Lindemanno editus erat, repetivit.

De consilio, quod in his libris scribendis Priscianus secutus est, pauca dicam. nam quod in institutionibus sibi proposuerat, ut ea quae a Graecis grammaticis inventa erant ad usum Latinae linguae converteret et quae esset utriusque sermonis cognatio et necessitudo doceret, idem tenuit in his. nam in libro de figuris numerorum et ipsas notas, quibus numeri significarentur, a Graecis translatas esse, perverso sane iudicio usus, demonstrare conatus est et, quae ratio inter nummos et pondera Romanorum ac Graecorum intercederet, exposuit. quibus in rebus quae de Graecorum consuetudine disputavit, eorum maximam partem ex Dardani libro *περὶ σταθμῶν* recepit, quem bis ipse nominavit p. 1347 et 1349, semel Ioannes Lydus de mens. p. 56, 22 ed. Bonn., *ὁ δὲ Δαρδάνιος* (nam sic ibi scriptum est) *ἐν τῷ περὶ σταθμῶν χιλίων ὀβόλων λέγει πάλαι γενέσθαι τὸ μιλιαρίσιον καὶ ἀπὸ τῆς χιλιάδος τῶν ὀβόλων οὕτως ὀνομασθῆναι*; praeterea, quod sciam, nemo. sed ex iis quae Lydus adfert adparere puto inferioris aetatis scriptorem et vix quarto saeculo antiquiorem esse. Latinorum autem scriptorum exempla ipse Priscianus conposuisse videtur. deinde in libro de metris Terentii id egit, ut fabulas veterum et maxime Terentii, in quo eius aetatis studia versabantur, versibus scriptas esse demonstraret, non pedestri sermone, qua de re iam ante Priscianum dubitari coeptum esse constat. illud autem sic instituit, ut libertatem quandam a Graecis acceptam in effusum licentiae spatium dilatatam esse, ut ait, a Latinis poetis

ostenderet. et Latinos quidem artis metricae scriptores non videtur legisse nisi duos, quos ipse nominavit p. 1321, Terentianum et Asmonium. de Graecis autem quae attulit, ea omnia Heliodoro et Hephaestioni debuit. ex quibus scriptoribus Heliodorum Augusti aetate antiquiorem esse non magis quam de Iuba metrico mihi probavit Ritschelius ind. lect. Bonn. hibern. a. 1840 p. XI. utrumque enim aliquanto inferioris aetatis esse persuasum habeo. sed haec nunc mitto, quoniam de metricis scriptoribus alio loco dicendum est. illud moneo, Priscianum, ut in hoc libro et ipsum Heliodorum et Hephaestionem*), qui illum secutus est, adhibuit, ita in illo qui est de figuris numerorum non solum Dardanum, si modo Dardanum esse recte suspicatus sum, qui Didymi auctoritate usus est p. 1350, sed etiam ipsum Didymum, quem appellat p. 1347, legisse videri. denique in praeexercitaminum libro progymnasmata Hermogenis, quae tum vulgo Graecorum rhetorum studia tenebant, in Latinum sermonem transtulit; et plerumque quidem tam accurate Graeca verba expressit, ut quaedam, quae olim corrupta erant, ex his emendari possent.

Post hos libros posui eum, qui in exemplaribus antea inpressis de declinationibus vel de declinatione nominum vel de generibus inscribi consuevit. nam in manu scriptis codicibus institutio Prisciani grammatici de nomine et pronomine et verbo dicitur; in paucis his additum inveni 'et participio' vel 'et participio et verbalibus nominibus'. quam inscriptionem cum princeps editio omisisset, reliqui editores ita ut supra scriptum est mutaverunt. is liber autem ex iis, quae de iisdem partibus orationis in maiore opere Priscianus scripsit, ita excerptus est 'compendii causa', ut ait p. 1308, 'ad instituendos pueros', ut praeter exempla imperativorum ex libris Terentii et Sallustii adscripta p. 1317 vix quicquam contineat, quod non rectius ex illo cognoscatur. neque est cur illud non ab ipso Prisciano sic institutum esse credatur. nam quamquam in iis, quae de verborum declinatione hic praecipiuntur, quaedam aliter se habent atque in maiore opere, tamen nec pugnant haec cum illis et ita conparata sunt, ut facile ab ipso auctore, qui ea pueris instituendis utilia esse putaret, ita scribi potuerint. posteriore autem aetate minus diligenter quam maius opus Prisciani hic libellus tractatus est ab iis qui arti grammaticae operam dabant. qui, si breviorem artis institutionem desiderabant, cum aliorum grammaticorum tum Donati libros ad suum usum magis

*) Non satis certam causam esse video, cur Priscianum ampliorem Hephaestionis librum, quam nunc est, habuisse dicant, propterea quod in extremo libro, cum testimonio Hephaestionis usus duos versus Eupolidis, qui sunt apud illum p. 109 ed. Gaisf. (ed. pr.), adscripsisset, interposito 'idem' pronomine subicit tres alios, qui apud illum non leguntur. poterat enim hos ab Heliodoro, ex quo ipso priores duos Hephaestio quoque recepisse videtur, petere.

accommodatos esse existimabant. neque tamen omnino defuisse huic libro grammaticorum studia, testis est commentarius Remigii, quem in codice Parisino 7581 saeculo decimo vel undecimo scriptum vidi. libri autem manu scripti, quos quidem paullo accuratius examinavi, ita inter se conspirant omnes, ut grammaticorum studiis non magnam mutationem cum librum subiisse ante undecimum certe saeculum (nam de recentioribus libris non quaesivi) adpareat. plura conati sunt ii qui quinto decimo saeculo haec studia recoluerunt. nam princeps editio a. 1470 facta a veteribus codicibus magno opere discrepat, sive is qui editioni praefuit haec primus mutavit, sive, id quod magis probo, codicem sic mutatum invenit. principem autem editionem postea reliqui editōres omnes ita secuti sunt, ut, praeterquam quod quaedam Graeca nomina et Latinorum vocabulorum interpretationes, quae in illa omissa erant, coniectura addiderunt, vix umquam ab ea recederent; in una Aldina editione paucis locis manu scriptum codicem adhibitum esse probabile est. quae cum ita essent, id maxime agendum existimavi, ut liber, quamvis exigui sane pretii, remota recenti Italorum interpolatione ad priscam codicum memoriam revocaretur. ad quam rem cum unum bonum codicem mihi sufficere iudicarem, ducem elegi Parisinum 7498 membranaceum, forma quadrata, qui olim Claudii Puteani fuit. eo continentur haec, f. 1—56* Prisciani de constructione libri duo: f. 57—80* eiusdem partitiones duodecim versuum Aeneidos: f. 81—88* eiusdem institutio de nomine et pronomine et verbo: f. 89—104* Eutychis ars de coniugationibus verborum, *incipit prologus libri euticis. Cum semper — coniugationem uendicat sibi:* f. 105—108* *commentarium rufini viri disertissimi grammatici antiochensis in metra terentiana. Euantius — est uel maximum* (p. 2719): f. 109 et 110 carmen de ponderibus, *Remi fauini epistola de ponderibus ex sensu eiusdem clari auctoris ad symmachum metrico iure missa incipit. Pondera paeoniis — sine aquis capitula eiusdem epistulae I de ponderibus communiter II de ponderibus metallorum III de mensuris liquidorum IIII de ponderibus commixtorum:* f. 110 — 120* Prisciani ad Symmachum libri tres, *Prisciani libellus de ponderibus. De laude symmachi. Priscianus grammaticus symmacho — inglorium est.* sed haec neque ab uno homine scripta esse omnia neque unius codicis olim fuisse non solum ipsa diversitas scripturae indicat, verum etiam numerorum quaedam vestigia, quae in imis schedarum marginibus adparent, testantur. ea enim quae f. 57 — 104 scripta sunt, hoc est Prisciani institutio de nomine et pronomine et verbo et eiusdem partitiones et Eutychis liber, ad codicem aliquem saeculo nono scriptum olim pertinebant, prior autem pars f. 1 — 56 una cum iis membranis, quae olim eam excipiebant, postea vero ad finem codicis reiectae sunt, f. 109—120, hoc est duo libri de constructione et carmen

de ponderibus et tres libri ad Symmachum, haec igitur decimo saeculo scripta sunt. nam de quattuor schedis 105 — 108, quas tum cum codicem tractabam antiquiori parti a me tributas esse video, dubito nunc an potius ad posteriorem pertineant, siquidem Rufini librum cum Eutychis libro in codicibus coniungi non memini. hunc igitur codicem accurate scriptum ita secutus sum, ut eius auctoritatem non relinquerem nisi in iis quae aperte corrupta vel manca essent. quamquam enim eius scripturam in non nullis locis aliorum codicum auctoritate emendari vel suppleri potuisse concedo, tamen maiorem curam huic libello inpendere nolui, praesertim cum de illis, quae in editis exemplaribus mutata sunt, omnes codices consentire viderem. itaque hoc uno duce contentus ex editis exemplaribus, e quibus praeter principem editionem adhibui Ascensianam et Aldinam, ea quae vel recte emendata vel digna esse memoria videbantur adnotavi. praeterea in iis quae ex Terentii et Sallustii libris adscripta sunt p. 1317, in quibus paullo certiorem et ampliorem codicum memoriam desiderari posse intellegebam, integram discrepantiam duorum codicum Parisinorum 7559 et 7560 adposui, quorum librorum superior saeculo decimo scriptus est, posterior undecimo.

Sequitur ut de partitionibus duodecim versuum Aeneidos dicatur. in quo libro Priscianus vetus institutum Graecorum grammaticorum imitatus est, quod olim *μερισμόν*, postea vulgo *ἐπιμερισμόν* dictum esse docuit Lehrsius post Herodiani scripta tria a se edita p. 416 sqq. solebant enim illi eos qui ipsorum disciplinae traditi erant ita exercere, ut proposito aliquo versu vel sententia scriptoris per interrogationem et responsionem cum de scansione versus tum de singulis vocabulis eius versus vel sententiae praeciperent et qui essent pedes versus, quae partes orationis, quid unius cuiusque partis proprium esset, quid accideret, et siquid aliud per talem occasionem non incommode se praeberet, ex discipulis quaererent. satis antiquo autem tempore eam consuetudinem increbuisse ex iis adparet, quibus Sextus Empiricus adv. gramm. I 7 sqq. totum hoc genus accurate descripsit, cuius verba adscripsit Lehrsius p. 424. sed postquam diu in scholis grammaticorum haec docendi ratio exercitata est, litteris haec mandare et libros scribere coeperunt, quorum alios plane illam exercitationem scholasticam expressisse probabile est, alii ea praecepta, quae huic rei utilia esse videbantur, breviter conposuerunt. hinc nati sunt libri extrema aetate scripti et ordine litterarum congesti, qui nunc *ἐπιμερισμῶν* nomine inscripti feruntur. hunc igitur Graecorum morem imitatus est Priscianus. atque ut illi in instituto suo ab Homero proficisci solebant, ita Latinus grammaticus non poterat non a Vergilio, in quo omnis scholarum institutio versabatur, materiem partitionum suarum petere.

itaque principales versus duodecim librorum Aeneidos ita omnino tractavit, quasi in scholis inter praeceptorem et discipulum res ageretur. nam nihil agit Lindemannus in Prisc. op. min. p. 355, cum hanc interrogandi et respondendi rationem non a Prisciano profectam, sed Caroli, Francorum regis, aetate in libros grammaticorum invectam esse existimat. nimirum ille in hac quoque re Graecos grammaticos secutus est, quos tum maxime in ipsa urbe Constantinopoli pari ratione usos esse non est dissimile veri. neque mirum est in tali instituto saepe vel eadem iisdem verbis repeti vel quae in reliquis libris disputata erant huc transferri.

At vero cum Prisciani esse hunc partitionum librum dico, non illud dico, talem qualem nunc habemus ab eo scriptum esse. nam mos ille partitionum etiam post Priscianum duravit et a Latinis grammaticis cum in aliis libris tum in iis, quibus Donati artem commentati sunt, servatus est. cuius rei exemplum nunc adferre placet unum libellum, qui in codice Leidensi bibl. publ. 122 nono saeculo scripto inscriptus est cunabula artis grammaticae, in quo simili ratione de partibus orationis praecipitur. in eo negotio autem commodum se praebebat Prisciani liber, quem in suum usum grammatici converterent et ita, ut eius aetatis rationes postulare videbantur, modo augerent, modo diminuerent vel suo arbitrio mutarent. hinc factum est, ut codices, qui nunc supersunt, quorum nullum inveni, quin studiis posteriorum grammaticorum adfectus sit, non solum a prisca eius libri forma longe recederent, sed etiam inter se magno opere discreparent. ex quo adparet integram auctoris manum omnino restitui non posse, sed eam exhibendam fuisse formam, quae libris manu scriptis fertur, non illam quidem antiquissimam neque integram, sed qua vel antiquior vel magis integra in hac librorum conditione restitui nequeat. eam igitur tribus libris, quibus usus sum, uno Parisino 7498 (C), altero Leidensi Vossiano 33. 4 (S), tertio Guelferbytano (G), qui est inter codices Gudianos numero 132, ita exhiberi inveni, ut nihil fere, quod alicuius momenti sit, addi posse confidam. et de Parisino quidem codice et de Leidensi supra dictum est. Guelferbytanus autem, qui est in membranis forma quadrata saeculo decimo scriptus, continet haec: f. 1—48* Vitruvii de architectura libros, *De principiis artis architectonicae — haberet explicata. uitruuii liber X explicit feliciter:* f. 49—61 Marciani Capellae excerpta, *incipiunt uersus de nuptiis philologiae. Etiam nunc roseo — ac nos sacrate musas* (f. 52). *Peracta iam spatiorum — signiferum cursum suum complens:* f. 61* *prisciani epitome phenomen. Ad boreae partes — eridanique fluenta. Rufi festi auieni uiri clari arati phenomena, Arctoe anguis corona phyucus — sol aselli uenti hiems aestas:* f. 62—65 carmen de ponderibus, *Pondera paeoniis —*

sine aquis: f. 65—70* Prisciani de figuris numerorum librum, *Priscianus grammaticus symmacho — sexangulum et similia:* f. 70*—100* *Prisciani g. partitiones XII uers. aeneid. principalium, Arma — faciens. prisciani grammatici super XII primos uersus aeneid. expli. tractatus partitionum:* f. 100*—108 librum de orthographia, *incipit ortographia bedae presbyteri. A littera etiam nota — oratoris sermo peruenit.* Parisinus codex in hac quoque parte non solum ex bono fonte ductus sed etiam accurate scriptus est, quamquam habet, quae vel temere addita vel interpretationis causa adscripta et in continuitatem verborum inlata esse adpareat. ad hunc plerumque accedit Gudianus, qui ipse quoque satis accurate scriptus est; sed in eo octavi versus partitio post nonum transposita est, in primi autem versus partitione quattuor schedae post f. 71 perierunt. Leidensis autem codex inaequaliter scriptus est. nam inde ab octavo versu eam fere rationem, quae in Parisino libro est, sequitur, in priore parte vero cum multa aliter scripta sunt, tum saepius quaedam, quae ille habet, omissa sunt. in quibus cum conplura sint, quae postea addita esse adpareat, alia tamen, de quorum antiquitate dubitari nequit, in hoc libro desunt. non nulla vero etiam, quae in Parisino et Gudiano corrupta sunt, recte scripta servavit, ut librum ex bono quidem fonte ductum, sed eundem et neglegentia librarii et interpolatione corruptum esse cognoscas. postea alia manu, quae mihi non multo recentior esse videbatur, quam ea quae ipsum librum scripsit, multa deleta et in margine mutata sunt. haec *s* littera indicavi. omnino autem minus diligenter eius libri scriptura indicata est, quam Parisini et Gudiani, quos potissimum secutus sum. quamquam ne de his quidem omnem librariorum neglegentiam et quidquid in levissima quaque re discreparent adnotare volui. interrogationes et responsiones, quae in libris vulgo antepositis *Δ* et *M* litteris, hoc est *διδάσκαλος* et *μαθητής*, indicatae sunt, maioribus litteris significare placuit. ceterum non difficile erat posteriorum grammaticorum additamenta in hoc libro investigare. sed quoniam neque omnia quae postea addita sunt certis rationibus assequi neque pristinam libri formam cum aliqua probabilitate recuperare licebat, pauca dumtaxat, quae manifesto nexum sententiarum perturbabant, tam quam spuria notavi.

Multo constantiorem huius libri formam, quam illam codicum manu scriptorum varietatem, edita exemplaria exhibent*). nam qualis

*) De studiis Italorum in hoc libro, antequam typis exscriberentur exemplaria, conlocatis non quaesivi. sed codicem olim a Poggio et comitibus eius in bibliotheca Sangallensi inventum esse testatur Cencius Romanus in epistula ex urbe Constantia ad Franciscum de Fiana data, quam ex codice Bergomensi edidit Querinius in diatribe praeliminaria ad Francisci Barbari epistulas p. VIII sqq. quam narrationem quoniam minus notam esse video, ea quae huc pertinent trans-

primum in principe editione editus erat, talis ab omnibus, qui ante Lindemannum hunc librum ediderunt, repetitus est. atque in Aldina quoque editione, ad quam parandam Donatus Veronensis, qui illi editioni praefuit, vetusto codice se usum esse scribit, quamvis multa correcta sint, tamen universa libri forma paucis locis mutata est. Lindemannus autem duos codices Leidenses usurpavit, alterum Vossianum 33. 4, alterum item Vossianum 36 fol. saeculo decimo scriptum, in quo post duodeviginti institutionum libros hic libellus legitur. e quibus libris cum prior, ut ante dictum est, non satis certae fidei sit, alter vero multo maiorem praebeat neglegentiam et temeritatem, non potuit is, qui his se totum addixisset, multum proficere. atque haud scio an omissis omnibus fere, quae in illis deesse vidit, plura corruperit quam correxerit. sed in altero Vossiano, quem R dixit Lindemannus, multa quasi cuiusdam commentarii instar in ipsam continuitatem verborum recepta sunt, quae ille scholiorum loco in finem libri reiecit. ex his pauca, quae L littera indicata sunt, Lindemanno auctore in meam adnotationem transscripsi, idemque signum paucis eius libri scripturis ipsis quoque a Lindemanno petitis adposui. Lindemanni editionem postea repetivit Krehlius, qui in priore parte libri etiam Monacensi aliquo codice vel fragmento, ut ipse scribit, collationis Monacensis usus est.

Denique adieci libellum de accentibus, qui Prisciani nomine inscriptus fertur, quamquam eum non esse a Prisciano scriptum non puto longa disputatione confirmandum esse. nam non solum omne dicendi genus ab hoc grammatico prorsus alienum, ne dicam rude et

---

scripsi. 'In Germania multa monasteria sunt bibliothecis librorum Latinorum referta: quae res spem mihi attulit, aliquos librorum Ciceronis, Varronis, Livii aliorumque doctissimorum virorum, qui extincti penitus esse videntur, in lucem venturos, si accurata investigatio adhiberetur. nam cum his proximis diebus ex composito, fama bibliothecae allecti, una cum Poggio atque Bartholomaeo Montepulciano ad oppidum S. Galli devenissemus, bibliothecam ingressi Iasonis Argonauticon a C. Valerio Flacco editum carminibus luculentis atque gravibus a maiestate metrica minime abhorrentibus invenimus: deinde argumenta quaedam soluta oratione confecta super aliquot Ciceronis orationibus, ex quibus multi causarum ritus multaeque veteris instituti paritates aperte cognosci possunt. repertus est etiam liber quidam volumine parvus, magnitudine autem eloquentiae prudentiaeque excellentissimus, Lactantius scilicet de utroque homine, ubi plane refellit sensa eorum, qui humanam conditionem belluarum statu humiliorem deiectioremque asseverant. inter quos Vitruvius de architectura atque Priscianus grammaticus quaedam Virgilii carmina commentans inventi sunt. erat praeterea in illa bibliotheca liber quidam ex corticibus arborum: qui cortices Latino sermone libri vocantur, unde, quemadmodum apud Hieronymum est, libri suum nomen adepti sunt. is quamquam non admodum bonarum scripturarum refertus plenusque esset, tamen propter illam sanctam incorruptamque vetustatem summa cum devotione complexus sum. horum quidem omnium librorum exempla habemus'.

saepe etiam ineptum est, sed etiam res ipsae, de quibus agitur, speciem eius aetatis, quae iam usum et scientiam Latinae linguae non habebat, prae se ferunt. in exemplis vero barbara quaedam vocabula hic scriptor posuit, quorum alia non invenio nisi a scriptoribus infimae aetatis usurpata esse, alia, quamquam nescio quam auctoritatem habeant, tamen a Prisciani certe aetate et doctrina abhorrent. verum haec omnia in promptu sunt. ac ne illud quidem video probabili ratione adfirmari posse, antiquiorem aliquem librum a Prisciano scriptum postea in hanc formam, quam nunc habemus, redactum esse, sed potius nomine nobilissimi grammatici et post octavum saeculum diligentissime tractati inscripta esse puto ea, quae de quantitate et pronuntiatione vocabulorum aliquis ex praeceptis antiquiorum grammaticorum collegerat et ad suae aetatis usum satis pueriliter conposuerat.

In codicibus autem non inveni hunc librum scriptum esse ante undecimum saeculum. eius autem ipsius aetatis quam dixi duos libros vidi, alterum Leidensem, qui est inter codices Perizonianos forma maxima quinquagesimus quintus, alterum Guelferbytanum inter Augustanos forma quadrata undecimum. e quibus Leidensem, quem descripsit Geelius in catalogo librorum manu scriptorum qui inde ab anno 1741 bibliothecae Lugduno-Batavae accesserunt p. 151 sqq., Heilbrunnensem olim fuisse indicant haec, quae in extrema pagina subscripta sunt 'liber beate marie uirginis in hailprun'. nam ita haec in codice legi, non 'in haygrim', quod dubitanter dedit Geelius. postea ad Gronovium pervenit, ex cuius bibliotheca se emisse codicem in prima pagina testatur Petrus Bondamus. continet autem f. 1—45 Prisciani librum septimum decimum et octavum decimum: f. 46—48 hunc de accentibus librum, cui recentiore manu adscriptus est titulus *prosodia Prisciani incipit:* f. 49 sqq. Donati libellum de barbarismo ceterisque vitiis orationis. Guelferbytanus autem codex, qui fuit olim S. Michaelis monasterii Hildesheimiensis, ex diversis membranarum fasciculis conpositus, unum habet quaternionem et schedas quinque, f. 128—140, in quibus membranis eadem manu scripti sunt tres libri grammatici, primum f. 128*—131* Donati libellus, *Vox est aer ictus — cola et commata*, deinde f. 131*—134* Servii de ultimis syllabis liber, *Servius honoratus aquilino — positione longae sunt*, tum f. 134*—140* *Prisciani grammatici de accentibus liber incipit*, *Littera est — pape euax.* recentes codices vidi duos, Parisinum 7553 chartaceum quinto decimo saeculo scriptum, qui cum recentibus quibusdam Italorum hominum libellis Servii librum de ultimis syllabis et 'Priscianum Caesareensem de accentibus' continet, et Leidensem bibl. publ. 186 membranaceum, in quo post Prisciani de constructione libros duodecimo saeculo scriptos additi sunt quarto decimo

saeculo liber Donati de barbarismo et hic de accentibus liber ita, *Littera est — euax explicit ρ' de accentibus.* sed hos libros omnes ita inter se discrepant, ut non librarium exemplum quod sequebatur repetentem agnoscas, sed ut multa a grammatico temere mutata esse adpareat. eadem libertate usus est is, qui editionem principem a. 1470 factam curavit, vel potius ille, qui codicem manu scriptum, e quo illa expressa est, exaravit. principem autem editionem reliqui editores ante Lindemannum ita secuti sunt, ut in paucis iisque levioribus fere rebus eius fidem relinquerent. plura primus mutavit Lindemannus, qui codicem Perizonianum, de quo supra dixi, et varias lectiones ex duobus codicibus, altero Groningano, altero Burmanniano, a Bondamo excerptas, de quibus libris ille dixit praef. p. XXVII, ad recensionem huius libri adhibuit. post Lindemannum Krehlius quaedam mutavit adhibito codice aliquo, quem quarto decimo saeculo scriptum sibique a C. F. Matthiaeo datum esse scribit praef. Prisc. II p. V. his igitur copiis paratis, cum molestum esset et inutile in tali quidem libro omnem codicum discrepantiam proponere, satius esse duxi, antiquissimam formam, quam Guelferbytanus (H) et Perizonianus (G) praebent, sequi. nam ii magis quam reliqui inter se coniuncti sunt, nisi quod in G maxime quaedam etiam, quae postea adscripta esse videntur, recepta sunt. itaque eorum discrepantiam exhibui. praeterea pauca ex principe editione et ex Lindemanni codicibus adieci. ceterum Guelferbytanum codicem ipse excussi, Leidensis apographum Lindemanni manu factum in eius schedis habui.

Duobus carminibus Prisciani, periegesi ex Graeco Dionysii carmine translatae et alteri de laude Anastasii, quod a. 1828 Endlicherus edidit, inter grammaticos libros locum non dandum esse existimavi. tertium vero de ponderibus et mensuris, quod his addi solet, ut ipsum quoque non minus a grammatico genere alienum est, ita non video certis rationibus ad Priscianum auctorem referri. nam nec manu scriptorum librorum auctoritate satis defenditur nomen grammatici nec rerum, de quibus agitur, argumento. primi enim versus quinquaginta quinque, qui soli in eodem argumento, quod Priscianus tractavit, versantur, in quibusdam locis sane cum illius praeceptis consentiunt, sed alia eaque maxime Prisciani propria in illis omissa sunt. qua re nomen Prisciani tum demum huic carmini inscriptum esse puto, postquam in codicibus una cum eius libris scribi coeptum est.

Scripsi Berolini mense Maio a. MDCCCLVIIII.

PRISCIANI

DE FIGVRIS NVMERORVM

DE METRIS TERENTII

DE PRAEEXERCITAMENTIS RHETORICIS

LIBRI TRES.

R codex Parisinus 7496
V codex Leidensis Vossianus 12. 8
P codex Parisinus 7530
A codex Parisinus 7501
a eiusdem codicis manus secunda
B codex Vaticanus bibliothecae Reginensis 1709
S codex Leidensis Vossianus 33. 4
h Hermogenis progymnasmata
ς editiones interpolatae vel omnes vel plures, e quibus adhibitae sunt hae,
editio princeps (Veneta) a. 1470
editio Veneta a. 1472
editio Veneta a. 1492
editio Ascensiana Parisiis a. 1516
editio Aldina Venetiis a. 1527

Ex his exemplaribus in omnibus tribus Prisciani libris adhibita sunt *RV*ς, in libris de figuris numerorum et de metris Terentii *A*, in libris de figuris numerorum et de praeexercitamentis rhetoricis *P*, in libro de praeexercitamentis rhetoricis *S* et *h*. praeterea ex *S* in libro de figuris numerorum paucis locis discrepantia scripturae adscripta est.

PRISCIANVS GRAMMATICVS SYMMACHO.

p. 1343. 44 P. p. 386. 87 K.

Omni te, Symmache, nobilitatis splendore celebratum, omni naturae 1
munere praestantem, omni virtutis luce fulgentem, studiis etiam optimarum
artium disciplinarumque florentem iustissimeque prospera fortunae meritis
vitae probantem fama quidem antea nobis absentem venerabilem faciebat;
nunc autem praesentem veritas supergressum laudes praedicationis ostendit.
mediocritatis enim altissimae, qua superbiae calcas tumores, et pietatis 2
ponderibus gravissimis superas omnia. itaque gloriosum mihi cre|dens ali-
quid a tanta auctoritate interrogationis mereri, de figuris, sicut iussisti,
numerorum breviter collecta demonstrabo et de nummis vel ponderibus,
praeterea de Terentii metris, nec non etiam de praeexercitamentis rhetoricis,
quae Graeci progymnasmata vocant, quoniam diligentius ea sophistae iunio-
res, quos sequimur, aptioribusque divisionibus ad exercendos iuvenes ad
omne rhetoricae genus exposuisse creduntur. petimus igitur sapientem elo- 3
quentiam vestram (hac enim dignitate nihil in homine melius novimus), ut
et nos huiuscemodi frequentius quaestionibus tam praesentes quam absen-
tes cum felicitate exerceatis et Romanorum diligentiam vestrorum ad artes
suorum alacriorem reddatis auctorum, quibus solis ceteras cum Grais gen-
tes superasse noscuntur. quarum decus et munimen industria vestri niti-
tur culminis.

2 celebratum omni *R* celebratum oconi *V* celebratum ** oni *A* celebratum ac omni *a* ς 6 supergressa ς 8 mihi *om. R* 16 tam praesentis quam absentis *V* 18 alacriores *RVA* grasis *VA* gradis *R*

DE FIGVRIS NVMERORVM QVOS ANTIQVISSIMI HABENT CODICES.

p. 1315. 46 P. p. 387. 88 K.

I 4 Sciendum, quod, cum ab uno ad milies mille numeri notentur, apud Latinos non plus tredecim eos figuris notari invenimus. nam principales repetuntur quater singuli tam ante quinarios, qui sunt medii, numeros quam post eos. sunt igitur principalium figurae septem, mediorum vero sex, quarum rationes diu exquisitas, ut potero, breviter disseram. una per I scribitur antiquo more Atticorum, qui solebant principalem nominis numeri litteram pone|re et significare numerum. ἴα ergo pro μία dicentes I scribebant, et Π πέντε, et Δ δέκα, et sic Ⱶ πεντήκοντα, πεντάκις δέκα

5 significantes, et H ἑκατόν (vetustissimi enim quoque Graeci pro aspiratione H scribebant, quam habebant Ηεκατόν in principio), et sic Ⱨ πεντακόσια, id est πεντάκις Ηεκατόν, X χίλια, sic Ⱨ πεντακισχίλια, id est πεντάκις τὰ χίλια, M μύρια, vel sic Ⓧ, quod significat δεκάκις χίλια. quidam autem et sic scribebant ⊠. non incongruum tamen videtur etiam versus Graecos aptissime de his numeris compositos subicere:

χίλια χῖ πέλεται· καὶ πῖ μέσον ἦτα φέροντος
ἥμισυ τῶν ἐφάμην· ἑκατὸν δ' ἄρ' ἦτα πέλονται·
δέλτα δὲ τεμνομένοιο μέσον καὶ πῖ φορέοντος
πεντήκοντ' ἀριθμοῦ σημήια· καὶ δέκα δέλτα·
πῖ δ' ἄρα πέντε πέλει καθαρόν· καὶ ἰῶτα ἓν ἐστιν.

6 hos igitur Latini quoque in plerisque imitati sunt. nam per I unum notant illos secuti; quinque per V, quia quinta est vocalis, A E I O V; decem per X, quia decima est consonans apud Graecos, *B Γ Δ Z Θ K Λ M N Ξ*. vel quod post V apud Latinos X sequitur; quinquaginta per L,

3 ad mille mille *R* 7 quarum ς quorum *PRI'A* 9 .iã. ergo *I'* .ia. ergo *A* .I. am ergo *R* 10 ΠΕΝΤΑΚΙ ΔΕΚΑ *PRVA* 12 habebat *A* habent *P* et sic ΠΠΕΝΤΑΚΟCΙΑ *PRI'* et sic ΠCΣ ΠΕΝΤΑΚΟCΙΑ *A* : *notam numeri restituit Vinetus* 13 ΠΕΝΤΑΚΙΕΚΑΤΟΝ *R* ΠΕΝΤΑΚΙΕΚΑΤΟΝ *I'* ΠΕΝΤΑΚΙΕΚΕΚΑΤΟΝ *A* ΠΕΝΤΑΚΙΕΚΚΑΤΟΝ *P* .Χ.ΧΕΙΛΙΑ *PRI'A* sic ⊠ ΠΕΝΤΑΚΙCΧΙΛΙΑ *PI'* 14 *secundam notam numeri decem milium, quam ita ut supra scripta est libri manu scripti praebent, sic exhibuit Vinetus.* ⋉ 15 non — 21 ἐστιν *om. P* 17 ΧΕΙΛΙΑ *RI'* ΧΕΛΙΑ *A* .Χ. ΠΕΛΕΤΑΙ *RI'A* ΠΕΙ *RI'A* eta. ΑΡΟΝΚΑΙΠΑΤΑΕΝΕCΤΙΝ. Hos *R omissis iis quae interposita sunt* ΦΟΡΟΝΤΟC *A* 18 ΕΦΑΜΕΝ *A* ΔΑΡΑΝΓΑΠΕΛΟΝΤΑΙ *I'* ΔΑΡΟΝΓΑΠΕΚΑΙΠΕΙCΛΙΝΟΝΤΑΙ *A* 19 ΔΕΛΤΑΙCΤΕΜΝΟΜΕΝΟΙΟΝΕCΟΝ *A* ΠΕΙ *I'A* 21 ΠΕΙ *I'A*

p. 1316. 47 P. p. 389. 90 K.

quia apud antiquos Graecos L pro N, quae nota est quinquaginta, | ponebatur teste Apollonide et Lu||cio Tarrhaeo. unde Latini quoque lympha dicunt pro nympha, aquam vel fontem volentes monstrare: Virgilius in I Aeneidos

dant famuli manibus lymphas Cereremque canistris.

centum autem per principalem nominis litteram C: quingenta per sequen- 7
tem litteram consonantem; nam post C D sequitur. mille secundum Atticos per *X* Graecam, sed ut sit differentia ad decem, circumscriptis lateribus ∞. quinque milia per I et duas in dextera parte apostrophos, Iↀↀ. decem milia per supra dictam formam additis in sinistra parte contrariis duabus notis quam sunt apostrophi, ccIↀↀ: et hoc ad imitationem Graecorum, qui *μύρια* unius nota subdita linea nunc quoque scribunt, sic M̲. quinquaginta milia per I et in dextera parte tres apostrophos, Iↀↀↀ. centum milia per 8
I mediam et tres in dextera parte apostrophos et in sinistra totidem contrarias, cccIↀↀↀ. vel, quod verisimilius est, decem milia notantur per M circumscriptam ex utroque latere (quomodo mille, id est *χίλια*, per *X* circumscriptam ex utroque latere, sic ∞): et hoc ad imitationem Graecorum, quia *μύρια* eam litteram habent principalem sui nominis; sed differentiae causa media linea altior facta est, quia milies | quoque mille per M circumscriptam solet notari, sic CCIↃↃ. ergo quinque milia cum sint dimidia pars decem milium, dimidiam partem scripturae servaverunt, sic Iↀ, quomodo quinquaginta milia dimidia pars centum milium, qui numerus per eandem notam decem milium scribitur, additis tamen ex utroque latere singulis circumscriptionibus. quingenta milia per Ɋ, quod est initium nominis, et apo|strophon, ↀ. mille similiter milia per M, unde incipit nomen, ex utraque parte circumscriptam, ut CCIↃↃ, vel etiam sic (∞).

De ponderibus etiam necessarium esse putavimus addere. as nummus II 9
est libralis per I perscriptam, notatur 𐆖. dupondius nummus est bilibris per duas II perscriptas, 𐆖𐆖. sestertius nummus duarum semissis librarum

1 ponebantur *PVA* 2 teste et apollonide et lucio *V* tarrheo *PRVA* 3 in I Aeneidos] *v.* 701 5 manibus *om. R* : lymphas manibus *P* canistris ē. Centum *V* 8 per IXI grecam *P* per ∞ grecam *RA* per oc̄ grecam *V omissa in omnibus libris nota, quam post* lateribus *addidi. similis scribendi neglegentia, quae librariis potius quam grammatico tribuenda videtur, est in libris infra* 21; 28; 29. 408, 16. *nam cum bis scribenda esset littera, primum simplex, deinde cum ea mutatione quae indicata est, priore loco mutatam litterae formam posuerunt, altero omiserunt.* 10 formulam *P* 11 quam] quae ϛ 12 scribunt sic *I Ald.* 16 quomodo — 17 latere *om. V* 17 sic co et oc ad *V* 20 sic ↂ *R* sic ᷑ *A* sic. (∞) .*P*: *eam figuram quam dedi exhibet V* 21 milium] milia *V* 24 quinquaginta milia *RA* per ϙ quod *PV omissa nota post* apostrophon, *quam ita ut in RA est exhibui* 26 ut (∞) uel etiam sic ((|)) *P* ut |m| uel etiam sic M̄ *addita ad posteriorem notam in margine ea figura, quae in P priore loco posita est, R* ↂ|ↃↃ uel etiam sic ᷑m᷑ *A.* ut (M) uel etiam sic CCM *Vinetus. utramque notam ita ut in V scripta est exhibui.* 27 nummus ϛ numerus *PRVA* 28 libralis et per *A* per † perscriptam *PRVA omissa nota quam post* notatur *addidi*, per L perscriptam † notatus *Vinetus, qui item in dupondii et sestertii nota* L, *quod est in* ϛ, *exhibuit* dupundius *PV* dipondius *A* nummus ϛ numerus *PRVA* est libris *PV* 29 per duas ‡‡ (enim *add. R*) perscriptas *PRVA omissa nota post* perscriptas numerus *PA*

p. 1349. 50 P. p. 393. 94 K.

siquis daret
talentum magnum.

Italica autem mina drachmas habet, ut supra dictum est, nonaginta sex, quod est libra duodecim unciarum, id est denarii LXXII. hac igitur computatione LXXXIII librae Romanae et quattuor unciae, quod est magnum talentum, centum minas Atticas faciunt. Seneca in X epistularum ad Novatum 'viginti quattuor sestertia', id est talentum Atticum parvum. viginti quattuor enim sestertia sexaginta libras habent. Varronis quoque auctoritate su|pra dictorum pleraque comprobemus. Varro de lingua Latina libro V 'multa pecuniae signatae vocabula sunt: aeris et argenti haec. as ab aere: dupondius ab duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium diceba|tur; id ideo, quod as erat libra pondus. deinde ab numero usque ad centussem: ab tribus assibus tressis, et sic proportione usque ad nonussis. in denario numero hoc mutat, quod primum est ab decem assibus decussis, secundum ab duobus decussibus vicessis. reliqua conveniunt, ut tricessis proportione usque ad centussis (quod et Persius ostendit,

et centum Graecos uno centusse licetur).

quo maius aeris proprium vocabulum non est. nam ducenti et sic proportione quae dicuntur non magis asses quam denarii aliaeque res significantur. aeris minima pars sextula, quod sexta pars unciae est; semuncia, quod dimidia pars unciae. uncia ab uno dicta; sextans ab eo, quod sexta pars assis est; quadrans, quod quarta; et triens, quod tertia pars; semis, quod semis, id est dimidium assis, ut | supra dictum est; septunx a septem et uncia collisum. reliqua obscuriora, quod ab diminutione, et ea quae diminuuntur ita sunt, ut ex-

4 est *ante* libra *om. RVA* 5 LXXXIIII *RVA* 6 epistolarum *RVA* *Senecae testimonium ad controversiarum librum* X 34, 21 (*p.* 332, 9 *ed. Burs.*), cum donaret illi Caesar talentum, in quo viginti quattuor sestertia sunt Atheniensium more, *ἢ προσθεῖς, φησίν. ἢ ἀφελῖς, ἵνα μὴ Ἀττικὸν ἦ, pertinere vidit Gronovius de sestert.* II 7 7 sestaria *V* sextaria *PRA* 8 sestaria *RV* sextaria *PA* 10 libro V] § 169 *p.* 169 *ed. Sp. sqq.* multę *P* 11 AS. habere *P* dupondius *om. A*, *add. a* dupundius *P* dupundus *V* 12 assipondium *Ascens.* assispondium *PRVA* 13 id *om.* ς librae pondus *Vinetus* libram pondo *Gronovius de sestert.* I 6 14 et supra pretionem *corr. altera manu* et sic pro pretione *P* et supra ptionē *V* et supra proportionē *RA* supra et sic per proportionem ς et supra sic proportione *Vinetus.* et sic proportione, *quod est in Varronis codice Florentino, restituit Lindemannus. nisi potius Priscianus scripsit* et supra proportione, *ut p.* 413, 12 a vicesimo et supra 17 uigessis *A* trigessis *A* proportionē *RVA* per proportionem ς et sic proportione *Lindemannus* 18 quod persius *RVA*: et *add. P. Pers.* 5, 191 19 et] quod ς licenter ς 20 quo magis aeris *Rς* 21 quando dicuntur *coniecit Lindemannus* 22 aliquae res *P* 23 quod sit sexta pars unciae ς quod dia pars (*superscripto in R* forte dimidia) *RV* quod est media pars *A* unciae est uncia ς 28 deminutione *A* diminatione *V* deminuuntur *A* ita sunt extremas syllabas habent *S* extrema syllaba *P*

p. 1348. 49 P. p. 392. 93 K.

semuncia semis unciae: duae sextulae sunt tertia pars unciae, id est scripuli octo: sicilicus scripuli sex: sextula scripuli quattuor: dimidia sextula scripuli duo. rur|sus sextula et dimidium sextulae sicilicus appellatur, scripulus siliquae sex: siliqua est quod dicunt Graeci κεράτιον vel λεπτόν.

Necessarium tamen existimavi ad confirmanda supra dicta diversis auctoribus de his dicta subicere. Livius in XXXIIII ab urbe condita 'multitudinis eorum argumentum sit, quod Polybius scribit centum talentis eam rem Achaeis stetisse, cum quingentos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit captivos Italicos'. qua ratione ostenditur sex milia denariorum habere talentum. nam cum || quingeni denarii pro mille ducentis captivis dati colligantur sescenta milia denariorum, centum ea ostendit fuisse talenta. centesima autem pars sescentorum milium sex milia inveniuntur. denarii autem illo tempore nummi argentei erant viginti quattuor siliquarum, quod in eodem libro ostendit Livius, 'signati argenti LXXXIIII milia fuere Atticorum: tetradrachma vocant. trium fere denariorum in singulis argenti est pondus'. vide, quod quattuor drachmae sint septuaginta duae siliquae (diximus enim superius, quod tres oboli, quorum singuli sex siliquas habeant, drachmam faciunt), tres autem denarii idem habeant, id est LXXII siliquas. idem Livius in XXXVIII ab urbe condita ostendit magnum talen|tum Atticum octoginta habere libras et paulo plus, cum supra dictorum computatio manifestet octoginta tres libras et quattuor uncias habere talentum, quod est sex milia denariorum: Livius 'talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat'; id est, sic decrevit senatus, ut non plus quam ternae librae et quaternae unciae singulis desint talentis. et sciendum, quod secundum Livii computationem centum minae Atticae, quarum singulae septuaginta quinque drachmas habent, faciunt talentum magnum. nam minus sexaginta habet secundum Dardanum. quod autem est magnum et minus, ostendit Terentius in Phormione,

III 12

13

14

unciae II. uncia I. duae dimidiae: partes unciae secunx: uel ut alii sescuncia: tres dimidiae partes unciae ς unciae duae. uncia sescunx, vel ut alii, sescuncia dimidia pars et uncia *Lindemannus* 5 λεπτος *P* απτος *RV* ΠΑΝΤΟΣ *A* 6 supra scripta *P* a diuersis ς 7 subiecere *A* in XXXIII *V*: *c*. 50 8 polubius *A* polibius *P* 9 acheis *P* atheis *RV* atheis *A* athenis ς stetisset *P* 10 redderem ς reciderent *Ven. a.* 1492 11 ea ratione *P* et ratione *RA* et ratio *V* ex ratione ς a regione *Ascens.* 13 captiuis dati captinis *PRVA* colligatur *V* 14 centesima enim *Lindemannus ex codice S* 16 argenti *V* in eodem libro] *c.* 52. 17 argenti *om. RVA, add. P* LXXX *P* 18 tetrachma *VA* tethraema *P* ditrachma (di *in litura*) *S* tetradrachmam *Ascens. Ald.* argenteis est pondus ς 20 tres scripuli *Putschius*: tres obliquorum singulis sex *V* 22 in XXXUII *PRA* in XXXUI *V*: *c.* 38 26 pondo ō octoginta *P* 30 talentum magnum et minus nam minus ς in Phormione] IIII 3, 8

p. 1349. 50 P. p. 393. 94 K.

siquis daret talentum magnum.

Italica autem mina drachmas habet, ut supra dictum est, nonaginta sex, quod est libra duodecim unciarum, id est denarii LXXII. hac igitur computatione LXXXIII libraе Romanae et quattuor unciae, quod est magnum talentum, centum minas Atticas faciunt. Seneca in X epistularum ad Novatum 'viginti quattuor sestertia', id est talentum Atticum parvum. viginti quattuor enim sestertia sexaginta libras habent. Varronis quoque auctoritate supra dictorum pleraque comprobemus. Varro de lingua Latina libro V 'multa pecuniae signatae vocabula sunt: aeris et argenti haec. as ab aere: dupondius ab duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium diceba|tur; id ideo, quod as erat libra pondus. deinde ab numero usque ad centussem: ab tribus assibus tressis, et sic proportione usque ad nonussis. in denario numero hoc mutat, quod primum est ab decem assibus decussis, secundum ab duobus decussibus vicessis. reliqua conveniunt, ut tricessis proportione usque ad centussis (quod et Persius ostendit,

et centum Graecos uno centusse licetur).

quo maius aeris proprium vocabulum non est. nam ducenti et sic proportione quae dicuntur non magis asses quam denarii aliaeque res significantur. aeris minima pars sextula, quod sexta pars unciae est; semuncia, quod dimidia pars unciae. uncia ab uno dicta; sextans ab eo, quod sexta pars assis est; quadrans, quod quarta; et triens, quod tertia pars; semis, quod semis, id est dimidium assis, ut | supra dictum est; septunx a septem et uncia collisum. reliqua obscuriora, quod ab diminutione, et ea quae diminuuntur ita sunt, ut ex-

4 est *ante* libra *om. RVA* 5 LXXXIIII *RVA* 6 epistolarum *RVA* *Senecae testimonium ad controversiarum librum* X 34, 21 (*p.* 332, 9 *ed. Burs.*), cum donaret illi Caesar talentum, in quo viginti quattuor sestertia sunt Atheniensium more, *ἢ πρόσθες, φησίν. ἢ ἄφελε, ἵνα μὴ Ἀττικὸν ᾖ, pertinere vidit Gronovius de sestert.* II 7 7 sestaria *V* sextaria *PRA* 8 sestaria *RV* sextaria *PA* 10 libro V] § 169 *p.* 169 *ed. Sp. sqq.* multę *P* 11 AS. habere *P* dupondius *om. A, add. a* dupundius *P* dupundus *V* 12 assipondium *Ascens.* assispondium *PRVA* 13 id *om.* ς librae pondus *Vinetus* libram pondo *Gronovius de sestert.* I 6 14 et supra pretionem *corr. altera manu* et sic pro pretione *P* et supra ptionē *V* et supra proportionē *RA* supra et sic per proportionem ς et supra sic proportione *Vinetus.* et sic proportione, *quod est in Varronis codice Florentino, restituit Lindemannus. nisi potius Priscianus scripsit* et supra proportione, *ut p.* 413, 12 a vicesimo et supra 17 uigessis *A* trigessis *A* proportionē *RVA* per proportionem ς et sic proportione *Lindemannus* 18 quod persius *RVA* : et *add. P. Pers.* 5, 191 19 et] quod ς licenter ς 20 quo magis aeris *Rς* 21 quando dicuntur *coniecit Lindemannus* 22 aliquae res *P* 23 quod sit sexta pars unciae ς quod dia pars (*superscripto in R* forte dimidia) *RV* quod est media pars *A* unciae est uncia ς 28 deminutione *A* diminatione *V* deminuuntur *A* ita sunt extremas syllabas habent *S* extrema syllaba *P*

p. 1350 P. p. 395. 96 K.

tremas syllabas habeant. una dempta uncia deunx, dextans dempto sextante, dodrans dempto quadrante, bes, ut olim des, dempto triente. in argento nummi; id ab Siculis. denarii, quod denos aeris valebant, quinarii, quod quinos, sestertius duobus semis. dupondius enim et semis antiquus sestertius est, et veteris consuetudinis, ut retro aera dicerent ita, ut semis quintus, semis quartus, semis tertius *pro*nuntiarent. ab semis tertius sestertius dictus. nummi denarii a decima libella'. Didymus etiam ea confirmet: *καὶ Δίδυμος ἐν* 17
*τῷ περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ ἥμισυ τρίτον φασίν, καὶ τὰ ἓξ ἥμισυ τάλαντα ἕβδομον ἡμιτάλαντον, καὶ | τοὺς τέσσαρας ἥμισυ πήχεις πέμπτην σπιθαμήν, καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος. * προθεὶς τὸ*
ἐν δὲ Βατουσιάδης

1 una adempta *P* 3 et argentei nummi id est ab siculis ς 4 sesterius *V* sextarius *A* 5 dupondius *PV* dipondius *A* sestarius *RV* sextarius *A* 6 aera] aero *P* 7 pronunciarent *Vinetus* nuntiarent *PRVA* 8 sesterius dictus *V* sestarius dictus *R* 9 didumus *VM, hoc est codex Monacensis* 280, *cuius discrepantia in Graeco fragmento adscripta est*: Didymus etiam ita confirmat. 412, 19 Necessarium ς Didymus — 412, 18 τοῦ σ *om. P* confirmet. ΥΚΑΙΟΥΜΟCΕΝΤΩ ΠΕΡΙCΤΗC. | ΥΠΑΡΑΡΩΜΑΙΟΙC ΑΝΑΛΟΠΑCΥ. (*dimidia versus parte vacua relicta*) | ΙΩΝΕC *V* confirmet ΚΑΙΔΙΝΟC ΕΝ ΤΩ ΠΕΡΙ ΤΗC ΠΑΡ ΡΩΜΑΙΟΙC ΑΝΑΛΟΠΑCΥ. ΙΩΝΕC *M* confirmet ΚΑΤΟΙΔΥΜΟCΕΝ ΤΩ ΠΕΡΙ ΤΗC ΥΠΑΡΑΡΩΝΑΙΟC ΑΝΑΛΟΠΑCΙΩΝΕC *A* confirmet ΚΑΙΔΙ | ΚΑΙΔΙΔΥΝΟCΕΝ ΤΑΠΕΡΙΤΕΤΙΑΡΑΡΑ *reliquis usque ad* 412, 18 τοῦ σ *omissis R. littera Γ in libris interposita, in qua explicanda post Lindemannum elaboravit M. Schmidtius Didymi fragm. p.* 346, *haud scio an transpositionem vocabulorum indicet, ut Priscianus scripserit* Didymus etiam ea confirmet *ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας, καὶ Δίδυμος· Ἴωνες sqq. nam cum Priscianus non ipsius Didymi librum in hoc quidem loco tractasse, sed vel ex Dardani libro, quem supra citavit, vel ex alio quodam commentario Graece scripto eius verba rettulisse videatur, fieri poterat ut titulum libri a Graeco grammatico hic omissum, sed antea indicatum ipse adderet, deinde nomen auctoris ita, ut in Graeco commentario scriptum invenerat, καὶ Δίδυμος, repeteret.* 12 ΠΕΜΠΤΗΝ *M* ΠΕΜΠΤΗΝ *V*: *πέμπτην ἡμισπιθαμήν Vinetus*: *πέμπτην* — 412, 18 τοῦ σ *om. A* 13 *Ἡρόδοτος*] II 106 *μέγαθος πέμπτης σπιθαμῆς. Lindemannus, cum nomen Herodoti ad ea quae de Archilochi versu adscripta sunt referret, de grammatico quodam Herodoto cogitabat p.* 379. *hinc profectus G. Hermannus apud Krehlium scribendum coniecit καθάπερ φησὶν Ἡλιόδωρος, ὃς προσθεὶς τὸ ἐν δὲ Βατουσιάδης, eamque scripturam a Krehlio receptam consensu suo probaverunt plurimi. in eandem coniecturam inciderat Porsonus, qui, ut Kiddius indicat, Porson tracts and miscellaneous criticisms collected by Kidd p.* 311, *Ἡλιόδωρος pro Ἡρόδοτος legendum vel excidisse quaedam, ut olim fuisset Ἡρόδοτος * Ἡλιόδωρος προθεὶς, suspicatus erat. Herodoti testimonium quo pertineret docuit Elmsleius classical journal vol. V a.* 1812 *p.* 331. *ea autem quae proxime secuntur ab alio auctore, cuius nomen vel a Prisciano vel a librariis Prisciani omissum est, petita sunt. praeterea Didymum de hoc dicendi genere in mensuris et ponderibus indicandis usitato plura quam quae hic relata sunt disputavisse constat, siquidem alia eodem auctore de ea re supra p.* 408, 6 *Priscianus adscripsit, quae ex hac ipsa disputatione petita esse probabile est. itaque haec ne iterum ponerentur, hoc loco omissa esse videntur. quo fieri poterat ut simul ea quae ad proximum locum ex libro περὶ μουσικῆς citatum pertinebant interciderent. quamquam ne illud quidem constat, utrum antiquioris grammatici testimonium adhibuerit Didymus, an ipsius Didymi vel alius grammatici librum de musica dicat is, cuius auctoritatem Priscianum sequi supra dixi. ceterum eodem auctore usus est Hesychius Ἡμισύτριτον δύο ἥμισυ Ἀρχίλοχος.* 14 *ἐν δὲ Βατουσιάδης, pro quo ἓν δεκάτους. Ἰάδης ediderat Vinetus, habent VM: Archilocho tribuit Hephaestio p.* 39 *Gaisf.* (p. 43 *ed. sec.*)

p. 1351. 52 P. p. 396. 97 K.

ἐν τῷ περὶ μουσικῆς || ἐπιφέρει τρίτον ἡμιπόδιον· ἀντὶ τοῦ δύο ἥμισυ πόδες. καὶ καθόλου, ὅταν βούλωνται ἀριθμόν τινα δηλοῦν καὶ μόριόν τι προσκείμενον, τὸ ὁμώνυμον τοῦ ἀριθμοῦ ἀεὶ τοῦ πλεονάζοντος λαβόντες τὸ ὅλον φασίν, οἷον τὰ ἓξ ἥμισυ ἕβδομον ἥμισύ φασιν, τοῦ ἑπτά [ἑβδόμου], ὃς μονάδι πλεονάζει τοῦ ἓξ, τὸ ὁμώνυμον λαβόντες. καὶ Ῥωμαῖοι δὲ εὑρεθήσονται τούτῳ χρώμενοι τῷ σχήματι. τὰ γὰρ δύο ἥμισυ ἀσσάρια, ἅπερ ἦν τέσσαρα τοῦ δηναρίου (δέκα γὰρ ἠδύνατο ἀσσάρια τὸ δηνάριον, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν δηναρίους παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένους). σηστέρτιούμ φασιν, τοῦ μὲν ση τὸ ἥμισυ δηλοῦντος, ὡς ἐν τῷ σημόδιουμ σήσκουας σήσκουπλα, τοῦ δὲ τέρτιουμ τὸ τρίτον, καί ἐστιν ἥμισυ τρίτον· τὰ δὲ χίλια σηστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ, δέκα δὲ χρυσᾶ, ἅπερ καὶ μίλλε νούμμως φασίν. τὸ δὲ σήσκουας σύνθετόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ση καὶ τοῦ κουμ καὶ τοῦ ἂς ἄσσις, καί ἐστιν ἥμισυ σὺν ἀσσαρίῳ, τουτέστιν ἓν ἥμισυ ἀσσάριον. ὥσπερ δὲ ἡμέδιμνον λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἡμιμέδιμνον, οὕτως καὶ οὗτοι σημόδιουμ, πλεονάζοντος τοῦ σ.

18 IIII Necessarium esse existimavimus etiam ipsa nomina numerorum et quae ab eis derivantur vel compouuntur subiungere. et sciendum eos declinari numeros, qui variant genera, qui vero una voce tria genera continent, indeclinabiles esse tam apud Graecos quam apud Latinos. unus una unum, duo duae duo, hi et hae tres et haec tria, hi et hae et haec quattuor; similiter quinque, sex, septem, octo, novem, decem, | undecim, duodecim, tredecim, quattuordecim, quindecim, sedecim, decem et septem, decem et octo, decem et novem, viginti; viginti unus et viginti una et viginti unum. sic deinceps omnibus cardinalibus numeris minores usque ad novem adduntur, quamvis contrarium [ante decem] fiat usque ad sedecim. licet tamen et praepostere, maxime coniunctione interposita, haec proferre, decem et unum, decem et duo. triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta, centum, ducenti ducentae || ducenta, trecenti trecentae trecenta, quadringenti quadringentae quadringenta, quingenti quingentae quingenta, sescenti sescentae sescenta, septingenti septingentae septingenta, octingenti octingentae octin-

1 ΕΠΙΦΕΙΡΕΙ *V* ΕΠΙΦΕΡΕΝ *M* 2 ΒΟΥΛΟΝΤΑΙ *VM* 3 ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ *V* 5 *τοῦ ἑπτὰ ἕβδομον Vinetus* ΜΟΝΑΔΕΙ *VM* 7 ΧΡΩΝΕΝΟΙΤΩ *M* ΧΡΩΜΕΙΤΟ *V* *ἅπερ ἦν τέσσαρα Spengelius in Varr. de ling. Lat. p.* 171 ΑΠΕΝΤΕΣΣΑΡΑ *M* : *ἅπερ* – 8 *ἀσσάρια om. V, unde Lindemannus transpositionem a Scaligero apud Gronovium de sestert.* 1 3 *propositam secutus ediderat τὰ γὰρ δυο ἥμισυ ἀσσάρια, σηστέρτιούμ φασι et* 13 *ἀργυρᾶ, (ὡς αὐτοὶ λέγουσι δηναρίους παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένους) δέκα, in quibus δηναρίου – ἐσχηματισμένον scribendum coniecit idem p.* 380 9 ΕΣΧΗΜΑΤΙΣΜΕΝΥΣ *V* ΕΣΧΗΜΑΤΙΣΜΕΝΟΙΣ *M* *ἐσχηματισμένοι Spengelius l. c.* 12 ΧΕΙΛΙΑ *VM* 14 ΦΑΣΙΝ ΤΟ ΔΗ *V* ΦΑΣΙΝ ΔΕ ΔΗ *M* 18 *πλεονάζοντος τοῦ σ Lindemannus* ΠΛΕΟΝΑΖΟΝΤΕΣ ΤΟΣ *VM* 19 necessarium autem esse *P* 23 duo et duę et duo *RVA* 24 scx. t. septem *V*

genta, noningenti et nongenti, noningentae et nongentae, noningenta et nongenta, hi et hae et haec mille.

Ex his nascuntur ordinalia nomina haec, inaequaliter quidem, quantum ad vocem *unius et duorum*, primus et secundus, aequaliter vero tertius quartus quintus sextus septimus octavus nonus decimus, undecimus duodecimus ab undecim et duodecim. nam reliqui ex utraque parte declinantur contra consuetudinem Graecorum usque ad nonumdecimum, ut tertiusdecimus quartusdecimus quintusdecimus sextusdecimus septimusdecimus octavusdecimus nonusdecimus vicesimus vicesimusprimus vicesimussecundus vicesimustertius vicesimusquartus vicesimusquintus vicesimussextus; sic omnes sequentes, velut in primitivis, ad imitationem Graecorum. a vicesimo et | supra maiori minorem addunt numero plerumque, ante decem vero minorem ponunt, quando composita accipiuntur et sub uno accentu proferuntur. nam licet dissoluta compositione diversis accentibus ea proferentes mutare ordinem, quomodo et apud Graecos, et dicere decimus et septimus pro septimusdecimus, et tertius et vicesimus pro vicesimustertius; sic et similia. tricesimus, quadragesimus, quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus, octogesimus, nonagesimus, centesimus, ducentesimus vel ducesimus, trecentesimus vel trecesimus, quadringentesimus vel quadrigesimus, quingentesimus vel quingesimus: Livius ab urbe condita XXXI 'anno quingesimo': sescentesimus vel sescesimus, septingentesimus vel septige||simus, octingentesimus vel octigesimus, noningentesimus et nongentesimus vel nongesimus, millesimus. V 21 22

Habent ex omnibus numeris Romani dispertitiva, quae Graeci vocant ἐπιμεριζόμενα, quae naturaliter semper pluralia sunt, quippe in multos distribui eundem significant numerum, ut 'singulos oculos habebant Cyclopes', quod Graeci dicunt ἀνὰ ἕν, ἀνὰ δύο. ἀνὰ τρία. sic usque ad mille habent Latini, ut singuli, bini, quae sunt anomala, quantum ad vocem unius et duorum: terni vel trini; sed terni ἀνὰ τρεῖς, trini τριχεῖς magis significat vel τρισσοί, trini ludi: quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noveni, deni, undeni, duodeni, ternideni ex duobus integris, quomodo tertiusdecimus, et deinde: quaternideni, quinideni, senideni, septenideni, octonideni, novenideni, viceni, vicenisinguli, vicenibini, viceniterni, similiter ceteri; triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni, nonageni, centeni, ducenteni et per syncopam duceni, trecenteni et VI 23 24

4 unius et duorum *om. PRVA* : *cf. infra v.* 28 6 nam reliqua ς 9 nonus decimus uicesimus primus uicesimus — sextus uicesimus. sic *RV* 11 uelut in *V* uel in *A* ueluti *R* uelut *P* 12 maiorem minori *P* plerumque undecim duodecim decem et duo ante *RA* : undecim duodecim decem et duo *in margine adscripta sunt in V non certo indicato loco, quo pertineant* 19 tricensimus (trecentesimus *a*) uel trecesimus quadringentesimus uel quadragensimus (*corr.* quadringesimus) *A* uel quadragesimus *R* 21 XXXI] *c.* 5 22 noningentesimus uel nongesimus et nongentesimus *PRVA* 24 dispertitiua *Ald.* dispertita *corr.* dispertiua *P* dispertiua *RVA* 27 ANTPIA *RVA* 29 τρίτοι magis ς τριχοὶ magis *Vinetus* 31 terdeni *R* 35 et per syncopam — quadringenteni *om. V* tricenteni et per syncopam triceni *RA* trecenteni et

per | syncopam treceni, quadringenteni et per syncopam quadringeni, quingenteni et quingeni, sescenteni et sesceni, septingenteni et septingeni, octingenteni et octingeni, nongenteni et nongeni, milleni. auctores tamen non proprie etiam singulari numero ea protulisse inveniuntur, ut Lucanus in VIII 'septeno gurgite Nilus' pro septenario, et Virgilius in X

it gravis Auletes centenaque arbore fluctum
verberat adsurgens.

haec tamen ipsa etiam in semper pluralibus congeminatis ponuntur, ut bina moenia, terna arma: Cicero in II Verrinarum 'inter binos ludos', quia ludi, quando spectacula significant, semper pluraliter dicuntur; Livius in XXXV 'et bina equestria arma'. uni quoque || et unae et una pluralibus adiunguntur, quae pro singularibus accipiuntur, ut Sallustius in Catilinario 'hi postquam in una moenia convenere' pro 'in unam urbem'; Virgilius in II Aeneidos

satis una superque
vidimus excidia

pro 'unum excidium'; et Lucanus in IIII

totumque in partibus unis
bellorum fecere nefas

pro 'in una parte'; Donatus in arte prima 'atque excepto amphibracho et epitrito, quorum alterum sescupla, alterum epitrita divisione partimur, universorum pedum trina condicio reperitur' pro tripertita dixit.

26 Primanus primae legionis, secundanus secundae legionis. similiter tertianus, unde et tertiana febris; quartanus, unde et quartana; quintanus, unde et quintana porta castrorum; sextanus, septimanus, unde et septimana dierum; octanus, nonanus, decimanus, unde et decimana porta castrorum. decanus quoque a decem et decuria et decurio, nomen et verbum, decurio decurias, unde decuriatus et decuriata comitia; ut a centum cen-

treceni P 4 ea] et *V* 5 VIII *om. PRVA* : *Lucan. Pharsal.* VIII 444. *cf. Priscian. p.* 591 *et infra p.* 416, 1 Virgilius in X] *v.* 207 7 aulestes *PRVA* 10 in II Verrinarum] 52, 130 12 Livius — arma *om. P* in XXU *R* : *Liv.* XXXV 23 et binequestria *V* ut bina equestri (equestria *a*) *A* : et *delevit Vinetus. fortasse* et Livius in XXXV bina 13 quando pro *Lindemannus ex codice S, in quo est* quę *corr.* qū 14 in Catilinario] *c.* 6 conuenire *V corr.* conuenere *A* 15 in II Aeneidos] *v.* 642 16 uana *V* 18 et] ut *R* Lucanus in IIII] *v.* 548 21 Donatus in arte prima] *p.* 1740 amphibrahi *corr.* —hco *V* amphibrachi *corr.* —cho *A* amphibrachy *PR* 22 alterum sescupla *om. V* alterum tripla *S et corrector codicis A, quod recepit Vinetus.* sèscupla *ex errore Prisciani profectum esse videtur* 23 partimus *V* 26 et *ante* tertiana *et* quartana *om. P* quartana febris ς 27 et *ante* quintana *om. PV* et *ante* septimana *om. PVA* 28 decimanus unde decimanu et (*corr.* decimanus) porta castrorum decimanus quoque *V* et *ante* decimana *om. PRA* 30 decurias unde decuriana comitia ς decuriatus ex quo centuriata comitia | ex quo succenturiatus *additis post* comitia *in margine* ut a centum — centuriata comitia *V* : *unde suspicari possis verba* ex quo centuriata comitia *olim praeposterе scripta esse a librario, deinde ita mutata, ut in reliquis libris leguntur*, et

turio nomen et verbum et centuriatus, ex quo centuriata comitia, ex quo succenturiatus: | Terentius in Eunucho

ego in subsidiis hic ero
succenturiatus, siquid deficias.

Est et alia forma ex omni numero derivativa in rius desinens, excepto 27
uno et duo, e quibus singularis et dualis dicimus, ut ternarius, *unde et ternarius* iambus, qui tres habet pedes; quaternarius, quinarius, unde et semiquinarius; senarius, septenarius, unde et semiseptenarius; octonarius, novenarius, denarius, unde denarius nummus; *undenarius*, duodenarius, ternariusdenarius, similiter || ceteri: vicenarius, tricenarius, quadragenarius, quinquagenarius, sexagenarius, septuagenarius, octogenarius, nonagenarius, centenarius, ducentenarius et ducenarius, trecentenarius et trecenarius, quadringentenarius et quadringenarius, quingentenarius et quingenarius, sescentenarius et sescenarius, septingentenarius et septingenarius, octingentenarius et octingenarius, noningentenarius et nongenarius; sed melius per syncopam proferuntur: millenarius.

Adverbia quoque ex omni numero inveniuntur, ab uno quidem et duo VII 28
inaequaliter, semel et bis, a ceteris vero aequaliter, ter quater. reliqua omnia in es productam desinunt, quinquies sexies septies octies novies decies undecies duodecies terdecies quaterdecies quinquiesdecies sexiesdecies septiesdecies octiesdecies noviesdecies vicies tricies quadragies quinquagies sexagies septuagies octogies nonagies centies ducenties trecenties quadringenties quingenties sescenties septingenties octingenties noningenties et nongenties milies. infinitis tamen numerorum adverbiis etiam n interponitur, quotiens totiens, similiter multotiens.

Inveniuntur et aliae derivationes vel compositiones multae a nomini- 29
bus numerorum, ut unicus, ullus, unitas, unio, universus et uno verbum | unas unat; ternitas vel trinitas, septimana, senio: Persius

iure etenim id summum, quid dexter senio ferret;

milia, semiquinarius, semiseptenarius; nundinum et nundinae, trinum nundinum. et sciendum, quod poetae saepe derivativis utuntur pro primitivis vel contra, vel aliis speciebus pro aliis, ut Virgilius in X ||

tot lecti proceres bis denis navibus ibant

decuriata comitia, *Priscianum autem scripsisse* decuriatus, ut a centum *sqq. sed* decuriata comitia *errori grammatici relinquenda esse existimavi.* decuriata comitia ītia ut *S. 'comitia largitione et corruptela depravata partibus quibusdam populi decuriatis' indicari putavit Turnebus advers.* XIII 14 2 in Eunucho] *Phorm.* I 4, 51 5 est et lia *V* est alia forma ex communi numero *P* 6 singularis dualis *RVA* ut *om. P* unde et ternarius *om. PRVA, add. Lindemannus ex codice Vossiano* 15.8 8 octonarius] sexagenarius septuagenarius octogenarius *R* 9 undenarius *om. PRVA, add. S, sed litura deletum* 10 trecenarius *PV* trigenarius *A* 12 ducenarius similiter ceteri 15 sed] et *R* 22 tricenties *PRVA* 27 unio] uno *PV* 28 Persius] 3, 48 29 summam *A* 30 milia] *fortasse* miliarius trinundinum trinum nundinum ς 32 Virgilius in X] *Aen.* X 213 33 proceres] iuuenes *P*

p. 1356. 57 P. p. 401. 2 K.

pro bis decem, et Lucanus in VIII 'septeno gurgite Nilus' pro septenario. sunt praeterea simplum duplum triplum quadruplum et similia, quae proprie ad pondus vel numerum dicuntur; simplex duplex triplex et similia, quae ad omnem rem dicuntur, et verba ex his duplico duplicas, triplico triplicas, multiplex multiplico multiplicas; dupondius tripondius et similia. illud quoque sciendum, quod undeviginti dicimus pro decem et novem, id est unde unum deest viginti. vel undeviginti, post quem viginti numerus est, quod est novem et decem numerus [post unum enim sequitur viginti numerus]: Horatius in II sermonum

unde

octoginta annos natus, cui stragula vestis;

unde octoginta dixit, id est septuaginta novem annos habens aetatis, hoc est octoginta unde unum. etiam duodeviginti dicunt pro decem et octo, quod Attici δυοῖν δεόντων dicunt. idem invenitur in ceteris cardinalibus numeris, id est triginta et quadraginta et reliquis, duodetriginta pro viginti octo et similia. uniformis biformis triformis et similia: [duo asses] dussis dupondius, tressis, quadrassis, decussis, vicessis, tricessis, quadragessis, quinquagessis, sexagessis, septuagessis, octogessis, nonagessis, centussis, post quem numerum teste Varrone non componuntur cum asse numeri; deunx, dextans, dodrans, bessis, septunx, quincunx, triens, quadrans, sextans, sescunx, sextula; libra, | bilibris trilibris quadrilibris et similia: || anniculus vel annuus, biennis triennis quadriennis quinquennis et similia, biennium triennium quadriennium quinquennium et similia, bimus trimus quadrimus et similia: bipes, tripes, quadrupes, decempes et decempeda et similia; biduum triduum quadriduum et similia, binoctium trinoctium quadrinoctium et similia: bicorpor tricorpor et similia, biceps triceps quadriceps centiceps et similia: bifariam trifariam quadrifariam et similia: bipatens tripatens et similia, bilinguis et similia, bivium trivium et similia, bifidus trifidus quadrifidus et similia, bisulcus trisulcus et similia, || geminus tergeminus centumgeminus et similia, unimanus centimanus et similia, duumvir triumvir quinquevir septemvir decemvir centumvir et similia, bigae trigae quadrigae et similia, biiugus, unde Virgilius in V

biiugo certamine campum

corripuere;

1 VIII *om. PRVA* : *Lucan. Pharsal.* VIII 444. *cf. Priscian. p.* 591 *et supra p.* 414, 4 4 rem *om.*ᶜ*P* 5 dupundius *V* dipondius *corr.* dupondius *A* tripundius *V* 8 post cum enim sequitur ς 9 in II sermonum] 3, 117 11 cuius tragula *P* 17 dupundius *V* trecessis *P* trigessis *A* 18 sexagessis et reliqua similiter usque ad centussis *P* octagessis *RV* 19 teste Varrone] *cf. supra p.* 410, 20 21 sexcunx *RVA* sexcunc *P* 22 annuus *Ald. et, ut videtur, P* annus *RVA*ς 25 quatriduum *RVA, om. P* 30 unimanus bimanus trimanus centimanus ς 31 similia unicolor bicolor tricolor et similia duumuir ς 32 Virgilius in V] *Aen.* V 144

p. 1358 P. p. 402 K.

et bigati nummi, triiugus quadriiugus et similia, triangulum: Caesar in Arato

cur divite lingua
Graecia praecurram potiusque triangula dicam?

quadriangulum quinquangulum sexangulum et similia.

1 triangulus *S* triangelum *corr.* triangulum *V* Caesar — 4 dicam *om. P* 2 aroto *V* 4 *fortasse* Graecis, *ut hoc voluerit poeta, se nolle Latinae linguae ubertate Graecum auctorem, quem sequebatur, superare et trianguli vocabulo uti pro eo, quo ille usus erat.* 4 potiusque *A* potius quam ς : Graeca τρίσγωνον potius quam triangula dicam? *C. Schwartzius carm. et fragm. carm. fam. Caes. p.* 151. Graecia praecurrat? potius, quam triangula, dicam Signa trigona? *Orellius in Arat. phaenom. p.* 210 5 et similia bifurcus trifurcus quadrifurcus et similia ς et similia DE FIGURIS NUMERORUM LIBER SINGULARIS PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS EXPLICITUS INCIPIT EIUSDEM (PRISCIANI .M.C. EXPLICIT EIUSDEM *A*) DE METRIS FABULARUM TERENTII ET ALIORUM COMICORUM *RVA et extremis verbis* et aliorum comicorum *in margine adscriptis B*

DE METRIS FABVLARVM TERENTII.

p. 1319 20 P. p. 403. 4 K.

1 I Cum non solum Terentius sed etiam Plautus et Ennius Acciusque et Naevius atque Pacuvius Turpiliusque et omnes tam comoediae quam tragoediae veteris Latinae scriptores eodem metri modo iambici sunt usi, ut omnibus in locis indifferenter ponerent quinque pedes, id est iambum vel tribrachum vel anapaestum vel dactylum vel spondeum, absque postremo loco, in quo vel iambum vel pyrrichium omnimodo posuisse inveniuntur; miror quosdam vel abnegare esse in Terentii comoediis metra vel ea quasi arcana quaedam et ab omnibus doctis semota sibi solis esse cognita confirmare. quorum ut vel imperitiae vel arrogantiae vitium effugiamus, breviter de supra dictorum metris auctorum exponamus, testimoniis etiam metricorum usuumque approbationibus utentes.

2 Sciendum igitur, | quod iambici versus vel monometri sunt ex duobus pedibus simplicibus coniunctis vel dimetri ex quattuor vel trimetri ex sex vel tetrametri ex octo: nam pentametri et hexametri rarissime inveniuntur. ergo trimetris et tetrametris frequenter utuntur comici, aliis vero raro et in medio dispersis pro||nuntiationis rythmicae causa et distinctionis. ideo autem spondeum vel dactylum in secundo vel quarto loco posuerunt, quod invenerunt etiam apud Graecos comicos vetustissimos, quamvis raro, fieri tamen hoc idem. ut solent autem Latini in multis initium aliquid accipientes a Graecis ad angusto in effusum licentiae spatium hoc dilatare, quomodo fecerunt in sexto casu secundum vetustissimos Graecorum grammaticos — sextum enim casum illi dicebant ἐμέθεν σέθεν ἕθεν, id est a me, a te, a se, quem in omnibus casualibus servaverunt Latini. similiter impersonalia. a paucis Graecis accepta, id est ἀπὸ τοῦ δεῖ, χρή, μέλει, in
3 omnibus fere activis et neutris habent. s quoque cum rarissime necessitate nominis vim consonantis amittit apud Graecos, ut Homerus in Boeotia

πολυστάφυλόν θ' Ἱστιαίαν,

2 et *ante* Ennius *om. RA* acciusque *V* 4 ueteres *AB* 12 uersuumque aprobationibus *B* 16 frequenter *Bς* frequentius *RVA* raro *om. R* 17 pronuntiationis *Bς* pronuntiationibus *RVA* distinctionib; *corr.* −nis *B* 18 in secundo vel *om. RVA*, *add. Bς et codex Leidensis Voss.* 34. 4 20 aliquod *B* 23 ἕθεν *bis scriptum est in VB* 24 quem] q̄ *h. e.* quae *R* 26 habent *om. B* 27 nominis] ‛carminis *Bς* in Boeotia] in exia *B* : *Il. B* 537 29 θ'] τε *RVAB*

p. 1320. 21 P. p. 401—6 K.

idem in Φ Iliados

οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγε τὸ ὃν μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον,

idem in Odyssia

πέλεκυν μέγαν ἠδὲ σκέπαρνον,

nostri tamen cum licen|tia, et maxime vetustissimi, subtrahunt eam in metris frequenter. — hoc igitur idem fecisse arbitror in supra dictis metris, ut, quod illi rarissime posuerunt, hi frequentissime in iambis ponerent. sunt tamen qui altitudinis causa etiam et pompabilitatis, quae stilo 4 elocutionis convenit Latinae (hoc autem frequentia facit dactyli vel || spondei), et ut paene dissoluta et pedestri simillima esse videatur personarum sermocinatio, id illos fecisse arbitrantur. trochaicis etiam utuntur plerumque tetrametris catalecticis, id est quibus una deest in fine syllaba, in quibus omnes iambicos ponunt in quocumque loco pedes, commixto tamen trochaeo. in eis plerumque invenimus ante finem versus longam. sunt tamen et ultra citraque tetrametros usi trochaico. eorum igitur exempla profe- 5 ram; sed prius metricis de supra dictis scripta proponam. Terentianus de iambico metro

culpatur autem versus in tragoediis
et rarus intrat ex iambis omnibus,
ut ille, contra qui secundo et talibus
spondion aut quem comparem receperit.
sed qui pedestres fabulas socco premunt,
ut quae locuntur sumpta de vita putes,
vitiant iambum tractibus spondiacis |
et in secundo et ceteris aeque locis,
fidemque fictis dum procurant fabulis,
in metra peccant arte, non inscitia,
ne sint sonora verba consuetudinis,
paulumque rursus a solutis differant.
magis ista nostri: nam fere Graecis tenax
cura est iambi vel novellis comicis
vel qui in vetusta praecluent comoedia.

vide Terentianum quoque scire, quod non penitus caruerint hoc Graeci, ut 'secundo et talibus' ponerent spondeos vel dactylos, quod ostendit dicendo

1 in .l. iliados *B* : *Il.* Φ 305 2 *οὐδὲ — μᾶλλον om. B* τὸ] τε *RVA* 3 in Odyssia] *I* 391 7 frequentis *V* 8 pompalitatis ς stilo] stimulo *V* 10 pedestri simillima *a* ς pedestrisimilla *VAB* pedestri similia *R* 11 illos] illi *B* 15 ex ultra *V* tetrametro ς 16 sed, si *VB* metricis *RAB* metris *V* metricorum *Lindemannus* dic••tis *A* scriptura *V* proponamus *R* Terentianus] *v.* 2228 19 ex iambis ex omnibus *V* 20 ex talibus *VAB* 21 spondeon *A* 23 loquuntur *AB* de uia *Putschius* putus *V* 24 tractibus] tracis *V* spondiacis *RBa* spondaicis *V* spondacis *A* 26 procurunt *B* 27 inscitia *RBa* inscientia *VA* 28 sonore *B* 32 praecluent *RVAB* praepollent *a* praelucent ς 33 caruerunt *B* cauerunt *V* 34 et talibus ς ex talibus *RVAB*.

p. 1321. 22 P. p. 406. 7 K.

6 'magis nostri' et 'fere Graecis tenax'. Asmonius etiam idem confirmat his verbis, 'comici poetae laxius etiamnum versibus suis quam tragici spatium dederunt et illa quoque loca, quae proprie debentur iambo, dactylicis occupant pedibus, dum cotidianum sermonem imitari volunt et a versificationis observatione spectatorem ad actum rei convertere, ut non fictis sed veris affectionibus inesse videatur'. Iuba 'ideo in secundo et quarto et sexto loco iambus non recipit nisi a brevi incipientes, quia in his locis feriuntur per coniugationem pedestrem metrorum; et vult extrema pars || pedum iambicorum
7 celerior esse, quomodo et ipsi iambi. accipere autem solet caesuras duas, quas et heroicum, id est semiquinariam et semiseptenariam. erit autem probabilis iambicus versus et tragoediis aptus, si secundum et quartum pedem non alios feceris quam iambos aut eum qui appellatur tribrachus aut anapaestus, quoniam sunt pares; *κακόμετρος* | autem, si aliter. nam primus et tertius et quintus admittunt hanc permutationum pedis licentiam. causa obscura multis est, sed aperiatur a nobis, nam quoniam ter feritur hic versus, necesse est, ubicumque ab ictu percussionis vacat, moram temporis adiecti non reformidet. in primo autem pede et tertio incipit
8 et in quinto, feritur in secundo et quarto et sexto'. attende Iubam quoque scire inveniri quosdam iambos, in quibus secundus et quartus absque observatione ponitur, quos *κακομέτρους* vocat. idem in octavo

1 asitionius ς 2 etiamnum *RVa* etiamnam *A* etiam unum *B* etiam in ς 3 spati *V* 4 debentur *B* debeantur *RV* debebantur *A* cottidianum *VB* 7 afectionibus *V* interesse uideantur *Putschius* inesse se videant *Lindemannus ex coniectura Bondami* uidebatur *R* uideantur ς 8 iambos *RVAB* . *in editis exemplaribus, quae codicum scripturam retinuerunt, ita descripta sunt verba, ut non Iubae testimonium a Prisciano poneretur, sed Asmonio auctoritate Iubae utenti haec continuarentur. at nec iambi dici possunt pedes loco iambi positi et Priscianum certe ea quae secuntur omnia Iubae tribuisse adparet ex iis quae infra v.* 22 *sqq. de pedibus cacometris ipse adnotavit. quamquam haud scio an ipsa Iubae verba ex Asmonii commentariis petiverit, ut non satis constet num recte omnia antiquiori grammatico tribuerit.* recepit *VB* 9 quia i his *V* pedestrem *Ba* pedestri *RVA* pedestrinm ς 12 duas *om. B* qua et *V* 15 quam iconbos *V* tribachis *V* 16 anapaestum *Lindemannus* quoniam] quō *V* sunt ς sint *Ba* sit *RVA* cacometros ς cacometres *RVAB* 17 permutationem *R* p̄mutatiōnum *V* permutationis ς 20 uocat *B* 21 non formidet *VB* 23 Iubam *VBa* iambum *RA* 24 quas *R* cacometrus *R* kakometros *A* cacometros *VB* uocat *B* uocant *RVA* 'in octavo *non est in octavo libro, sed in octavo pede iambicorum versuum, in quo idem nonnunquam, quod in secundo, quarto et sexto, fieri dicitur; proxima autem ipsius sunt Prisciani verba*' *Ritschelius ind. lect. Bonn. hib. a.* 1840 *p.* X : in VI l., *id est* in sexto loco, *coniecit B.ten Brink Iubae Maurusii de re metrica scriptoris Latini rel. p.* 22. in IIII *H. Wentzel symbol. crit. ad historiam scriptorum rei metricae Latinorum Vratisl. a.* 1858 *p.* 24 *cont. Rufin. p.* 2711. *numeri indicationem non puto referri posse nisi ad numerum libri, ex quo ea quae secuntur petita sunt. sed si recte suspicatus sum, superiorem Iubae disputationem ex Asmonii libris descriptam esse a Prisciano, dubitari potest an Asmonii potius librum dicat, id quod probavit Bergkius mus. Rhen. noviss.* I (*a.* 1842) *p.* 379

p. 1322. 23 P. p. 407. 8 K.

'qui ergo confuderunt et multiformiter coniugaverunt hoc genus versuum, omnibus in locis indifferenter trochaeos aut pro spondeis aut pro dactylis posuerunt, et est haec quoque vitiosa confusio, ut

si qua flagella iugabis, ante putare decet,
ne resoluta et vidua ulmis et ornis
agri discidium dare Nysia rura queant.'

Hac confusione usi sunt comici nostri in trochaicis suis, ut indiscrete dactylos vel spondeos vel trochaeos ponerent. at illud quoque sciendum, quod omnes quidem crebris synaliphis et episynaliphis et collisionibus et abiectionibus s litterae sunt usi scandendo suos versus, Terentius autem plus omnibus. igitur in plerisque prologis et primis scenis trimetris utuntur. Plautus in Truculenti prologo II 9

perparvam partem postulat Plautus loci
de vestris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sine architectis conferat. |

in eiusdem prima scena

non omnis aetas ad perdiscendum sat est ||
amanti, dum hic perdiscat, quot pereat modis.
neque eam rationem ea ipsa umquam edocuit Venus.

idem in Milite glorioso in prima scena

curate ut splendor meo sit clipeo clarior,
quam solis radii esse olim, cum sudum est, solent,
ut, ubi usus veniat, contra conserta manu
praestringat oculorum aciem in acie hostibus.

idem in Amphitruone in prologo 10

ut vos in vestris vultis mercimoniis

1 qui er confunderunt *V* 2 in locis *Lindemannus* uel locis ς ionicis *RVA* iambicis *a* iambis *B* 3 pro dactylis *Ba* pro dactylicis *RVA* est *om. B* haec *om. A*, *add a* 5 *praeter certam primi versus emendationem reliqua corrupta reliqui, ita fere ut in codicibus scripta sunt.* Si qua flagella iugabis, ante putare decet, Ne resolutis vidua ulmus et ornus Acri dissidio dare Nysia rura queant *coniecit Bergkius mus. Rhen. noviss.* I (*a.* 1842) *p.* 380. *alia temptavit Munkius in Mützellii diariis scholasticis* (*Zeitschrift für das Gymnasialwesen*) XIII *a.* 1859 *p.* 221 *sq. videntur autem versus non antiquioris alicuius poetae esse, sed ficti a grammatico ex versibus Sereni, quos pro exemplo metri Falisci posuit Terentianus v.* 2001. *neque dubito quin eos dactylicos esse voluerit admixtis trochaeis. nam ita hoc exemplo utitur Priscianus, ut ex trochaeis vicem dactylorum vel spondeorum obtinentibus excusationem petat dactylis et spondeis in versibus trochaicis positis. itaque coniciebam* Si qua flagella iugabis, ante putare decet, ne lre soluta velint vidnis ulmis et ornis, Et grave discidium queant dare Nysia rura, *semel in singulis versibus vitioso pede admisso* iugabis *Ald.* iuuabis *RVAB* decet ne resoluta ς *et codex Leidensis Voss.* 34. 4 decernere soluta *VB* decernere resoluta *R* decerne** Resoluta *A* 6 ulneiis et ornis *B* ulmus et cornus ς 7 nysia ς nya *RVAB* 8 hanc confusione *V* in trocaicis *Ba* in prochaicis *RA* in procaicis *V* 18 non omnis omnis aetas *VA* nam omnis aetas ς 19 quod pereat *R* quod perat *V* 20 nunquam edocet ς 22 meo *a* meus *B* mis *RVA* uitro ς 23 radi *R* 25 perstringat ς : oculorum praestringat *Putschius* in aciae *V* 26 amphitrione *RVAB*

p. 1323 24 P. p. 408. 9 K.

emundis vendundisque me laetum lucris
adficere atque adiuvare in rebus omnibus.

in eiusdem prima scena

qui me alter est audacior homo aut qui confidentior,
iuventutis mores qui sciam, qui hoc noctis solus ambulem?
quid faciam nunc, si tresviri me in carcerem compegerint.

ecce hic, quamvis prima sit scena, tetrametris est tamen usus. ideo 'in plerisque' diximus. utitur tamen in hac ipsa scena et dimetris brachycatalectis, id est a tribus simplicibus pedibus, ut

ita peregre adveniens;

similiter

qui hoc noctis a portu:

vel dimetris catalecticis, id est quibus una desit syllaba, ut

ingratis excitavit:

vel dimetris hypercatalectis, id est quibus una abundat syllaba, ut in eadem

hospitio publicitus accipiar.

utitur etiam monometris, ut in Truculento

pessima mane,
optime odio es.

11 similiter Terentius in omni prologo et in omni prima scena trimetris utitur, nisi confundant versus scriptores, ut in Andria |

poeta cum primum animum ad scribendum appulit,
id sibi negotium credidit solum dari, ||
populo ut placerent quas fecisset fabulas;

et

vos istaec intro auferte, abite. Sosia,
adesdum, paucis te volo. Dictum puta:

in Adelphis

postquam poeta sensit scripturam suam
ab iniquis observari et adversarios;

item

Storax, non rediit hac nocte a cena Aeschinus,
neque servulorum quisquam, qui advorsum ierant:

12 similiter in Eunucho

1 emendis *B* uenundisque *VB* me laetum *R* melaecum *V* malecum *AB* 2 atficere *V* efficere *Putschius* 4 qui *altero loco om. R* 7 si nunc ς 12 ita] *Plaut. Amphitr.* I 1, 7 14 qui] *Plaut. Amphitr.* I 1, 9 18 hospitio] *Plaut. Amphitr.* I 1, 8 pollicitus *corr.* publicitus *R* publicitas *B* 19 in Truculento] I 2, 22 21 obtime *V* 25 negotii ς 26 popupulo *R* 28 ista haec *VB* 29 pauab iniquis os
cis acuolo *V* paucis•uolo *superscripto, ut videtur*, ae *R* 31 suam obseruari et aduersarios *R* 32 et *om. VB* 34 storac *VA* stora *R* redit *R* crediit *A* 35 seruorum *B* aduersum *AB corr.* aduorsum *R*

p. 1324. 25 P. p. 109. 10 K.

si quisquam est, qui placere se studeat bonis
quam plurimis et minime multos laedere;

et

quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem,
cum accersor ultro? an potius ita me comparem:

in Heauton timorumeno quoque

necui sit vestrum mirum, cur partes seni
poeta dederit, quae sint adulescentium:

* * * * * * * *

idem in Hecyra 13

Hecyra est huic nomen fabulae. haec cum data est,
nova, novum intervenit vitium et calamitas;

et

per pol quam paucos reperias meretricibus
fidelis evenire amatores, Syra:

similiter in Phormione |

postquam poeta vetus poetam non potest
retrahere a studio et tradere hominem in otium,
maledictis deterrere ne scribat parat;

et

amicus summus meus et popularis Geta
heri ad me venit. erat ei de ratiuncula
iam pridem apud me reliquum pauxillulum.

idem tetrametro in multis utitur iambico scenis, ut in Andria 14

mirabar hoc si sic abiret, et heri semper lenitas.

dimetro quoque distinctionis causa usus est per medium, ||

verebar quorsum evaderet,

post quem iterum tetrametros posuit,

qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,
nusquam cuiquam nostrum verbum fecit neque id aegre
tulit:

similiter

enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae neque socordiae,
quando intellexi modo senis sententiam de nuptiis.

nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis sed etiam tragici vetustissimi, ut Ennius in Medea

2 quam plurimis quam plurimis et minime multum *V* 4 quid faciam igitur ς ne nunquidem *V* 7 ne cui uostrum mirum sit ς 8 sunt adolescentum *B*ς 9 *lacunam indicavi, qua duo versus primi Heauton timorumeni fabulae exciderunt. ii additi sunt in* ς 11 data noua | nouum ς 14 meritricibus *A* metricibus *V* 19 deterre *V* 22 de raduncula *V* 24 in Andria] 1 2, 4 25 habiret heri *B* 29 iri uxorem filio suo ς 30 nunquam cuiquam ς 33 enimvero] *Terent. Andr.* 1 3, 1 signicie *B* segnetiae *V* 34 quantum intellexi modo sententiam senis ς 36 in media *V* : *Ennii versus minus accurate scriptos a Prisciano rectius servaverunt alii auctores, quorum discrepantiam indicavit Vahlenius Enn. poes. rel. p.* 124

p. 1325. P. p. 410. 11. K.

utinam ne in nemore Pelio securibus
caesae cecidissent abiegnae ad terram trabes,
neve inde navis inchoandae exordium
coepisset, quae nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argivi dilecti viri
petebant illam pellem inauratam arietis |
Colchis imperio regis Peliae per dolum.
nam numquam era errans mea domo efferret pedem.

15 Accius in Argonautis ex persona pastoris, qui primam vidit navem Argo,

aut forte Triton fuscina evertens specus
subter radices penitus undanti in freto
molem ex profundo saxeam ad caelum eruit.
fremibunda ex alto ingenti sonitu et spiritu,
prae se undas volvit, vertices vi suscitat,
ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat.

idem in Persidis

satin ut quem cuique tribuit fortuna ordinem,
numquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum?

idem in Phoenissis

Sol, qui micantem candido curru atque equis
flammam citatis fervido ardore explicas,
quianam tam adverso augurio et inimico omine
Thebis radiatum lumen ostentum tuum?

16 idem in Telepho

quantam Tyndareo gnata et Menelai domus
molem excitarit belli pastorque Ilius. ||

1 in more *B* 3 neue inde *RVBa* neuenide *A* inchoandae ς inchoanda *RVAB* 4 cepisset *corr.* coepisset *A* cepissed *corr.* cepisset *V* 7 Colchi ς 8 aera *R* efferet *V* 9 *Attii versus perturbato ordine a Prisciano scriptos citavit Cicero de nat. deor.* II 35, 89 *omisso nomine fabulae. hunc auctorem secutus Priscianus iis quae de persona pastoris apud Ciceronem scripta invenit adductus est ut falsum Argonautarum nomen adponeret, quod fraudi fuit Welckero trag. Graec.* I. *p.* 51. *Medeae fabulae versus tribuit G. I. Vossius castig. in Att. fragm. p.* 160, *quem secutus est Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 158 primus ς nauim *B* 11 supter *V* penitus *bis scriptum, sed priore loco deletum exhibet R* in freto ς *et Cicero l. c.* infracto *RVAB* 12 eruit *RAB* meruit *V* uomit ς erigit *Lachmannus in Lucret.* V 1388 13 tremebunda *citavit Manutius in Cic. epist. ad fam.* VII 6 *p.* 716 ingenti *RVBa* ingeniti *A* 16 in Perside *coniecit Welckerus mus. Rhenan. nov.* V (*a.* 1837) *p.* 488. *inter fragmenta Amphitruonis rettulit Ribbeckius trag. Lat. rel. p.* 125 *et* 328 17 satim *V* : satin quem ς statim quem *Ven. a.* 1492 satis ut quem *Ald.* scin ut quem *Ribbeckius* quemcumque *Bothius poet. scen. Lat.* V 1 *p.* 230 18 non nunq am ς 19 phoenisis *V* phenisis *B* foenissis *A* 20 soli qui *V* 21 ferbido et *RVA* 22 quianim *B* : quique natum aduerso ς augurio inimico *R* inimico omine ς : omine (homine *V*) *hoc loco omissum post* 23 tuum *habent RVAB* 23 tebis *A* ostenum, *quod est in codicibus, sua coniectura inventum defendit Bergkius mus. Rhenan. nov.* III (*a.* 1835) *p.* 88 ostentas *Krehlius et Bothius poet. scen. Lat.* V 1 *p.* 238 ostendis ς, *unde* ostensti *coniecit G. I. Vossius castig. in Att. fragm. p.* 181 25 tindareo *R* : tyndare agnata *B* et melei *B* domos *corr.* domus *A* 26 excitant *corr.* excitarit *R* Ilius *Putschius* illius *RVAB* illius reflat ς

p. 1326 P. p. 411, 12 K.

Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia

profecto ut quisque minimo contentus fuit,
ita fortunatam vitam vixit maxime,
ut philosophi aiunt isti, quibus quidvis sat est. |

idem in Epiclero

quaeso, edepol, quo ante lucem te subito rapis,
ere, cum uno puero? PH. nequeo esse intus, Stephanio.
Quid ita? PH. ut solent, me curae somno segregant
forasque noctis excitant silentio.

idem in eadem tetrametris utitur, 17

currendo sic est, sic datur, nimium ubi sopori servias
potius quam domino et ubi severo imperio quae imperata sunt.

Terentius trochaico mixto vel confuso cum iambico utitur in sermone personarum, quibus maxime imperitior hic convenit, quem, puto, ut imitetur, hanc confusionem rythmorum facit. sunt autem et trimetri et hoc plus minusque, et habent paenultimam versus syllabam in quibusdam longam, in quibusdam brevem, ut in Andria

adhuc, Archilis, quae adsolent quaeque oportet
signa esse ad salutem, omnia huic esse video.
nunc primum fac ista ut lavet, post deinde
quod iussi dare bibere et quantum imperavi.

hos sequitur dimeter catalecticus finiendi sermonis causa, quem ad Archilida habuit,

date, mox ego huc revertar.

similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est in sermone ancillae Astaphii, 18

ad fores auscultate atque adservate aedes,
nequis adventor gravior abeat quam adveniat,
neu quis manus attulerit sterilis intro ad nos,
gravidas foras exportet:
novi ego hominum mores. ||

3 uixit] duxit ς 4 adunt *RV* isti quis ius sat est ς 5 in *om. B* : in epidico ς 6 edepol ς depol *RVA* tepol *B* quę ante *V* subdito *RV* • 7 neque esse *B* 9 PH] P *RA* p̄. *VB om.* ς : praeut solent *Ascens. Ald.* segregantur *RVA* 10 forasque *RVBa* fortisque *A* 11 eodem *RAB* odem *V* 12 est] ēē *V* 15 seuerio *V* imperata *Ba* imperati *RVA* 16 hic imperitior *A* 17 et hoc] et hac *corr.* et ac *R* et ac *VB* ac *Aς* 19 in Andria] III 2, 1 20 aduc *V* archyllis *R* archillis *VA* arcillis *corr.* archillis *B* oportet *B* operetur *RVA* oportent ς opus videtur *vel* videntur *legisse Priscianum coniecit Lindemannus* 22 lauet *B* labet *VA* libet *R* die inde *V* : deinde & dare bibere *A* deinde Et quod iussi da bibere ς 23 dari *Ald.* date *Lindemannus* 24 ad archillida *RA* adchillida *B* archillida *V* 26 date *om* ς 27 in Truculento] I 2, 1 28 astafii *A* 30 grauior habeat *RA* grauiora habeat *V* quam *RVBa* quem *A* atque ς 31 neu] ne *VB* annos *corr.* ad nos *B* 33 hominum *RVBa* hominem *A*

p 1327 P. p. 413 K.

Turpilius in Lindia nautae personam inducit hoc metro loquentem,

dii advenientem perdant, si quidem nos perdit.
festum esse diem hic quartum
hodie iterant, ita conventum.

19 Cicero quoque in IIII Tusculanarum Euripidis iambos transferens in locis paribus tam dactylos quam spondeos saepe ponit, ut

neque tam terribilis ulla fando oratio est,
nec fors nec ira caelitum invectum malum,
quod non natura humana patiendo ferat.

III 20 His igitur exemplis facillime diligentes omnium possunt comoediarum metra comprehendere et versus, siquos imperitia scriptorum confuderit, ad integrum restituere musicae locum. necessarium autem esse duximus multo labore exquisita inventaque exempla diversorum nominatissimorumque Graeciae auctorum, quorum quaedam etiam Heliodorus protulit metricus et Hephaestion, subicere, ut ostendamus non imperite sed scientissime

21 hoc quoque et ad illorum imitationem auctores fecisse nostros. Heliodorus metricus ait Ἱππῶναξ πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις, hoc est 'Hipponax multa praeteriit', id est praetermisit, 'praefinita in iambis'. Hipponax in I

ἐρέω γὰρ οὕτω „Κυλλήνιε Μαιάδος Ἑρμῆ."

iste enim versus cum sit choliambus, in quarto loco et quinto habuit dactylos, cum in utroque debuerit a brevi incipiens pes poni. in eodem

τοὺς ἄνδρας τούτους ΟΔΥΝΗΠΙΑΛΑΙΡΕΙΤΙΑΕ.

1 lindria *V* nautae ς nauta *RVAB* metro ς macro *RVAB* 2 diis *RVAB* dis *codex Urbinas* 1157 *saec.* XV diis Dii ς. *versus descripsi tales, quales Priscianus constituit. qui ut in Terentii et Plauti exemplis supra adscriptis ita in hoc Turpiliano versus iambicos trimetros hypercatalectos subiectis finiendi sermonis causa, ut ait, dimetris catalecticis invenire sibi visus est. anapaestos descripsit Ribbeckius com. Lat. rel. p.* 87, Di advenientem perdant: hic quidem Nos perdit. festum esse diem hic quartum Hodie iterant, ita conventum si] hi *RVAB* hic ς perdidit ς 3 factum esse *Ald.* festum ecce *coniecit Lindemannus p.* 390 4 ita *om. B* 5 in IIII Tusculanarum] *c.* 20 7 tam *om. RVA* oratio *Lindemannus ex editis Ciceronis exemplaribus* ratio *RVAB* 8 sors *Krehlius ex editis Ciceronis exemplaribus* caelitum *Ciceronis libri* ceutuum *RVAB* ceu tam ς invectum *Ciceronis libri olim inpressi* inuictum *RVAB* inuentum *Ciceronis libri manu scripti* 9 paciendo *VB* 12 loculum *B* 14 eliodorus *A* hiliodorus *B* heloidorus *V* 15 ephaestion *RAB* epaestiori *V* 17 ait ΕΠΙΘΕΝΞ *V* : ait ΠΑΗΞΙΤΟΛΑΙΤΤΟΙCΙΑΒΟΙC hoc et *R. Graeca verba et hic et in reliquis locis, ubi nihil adnotatum est; lacuna relicta om. B* ΙΑΒΟΙC *VA* 18 hiponax *V* ipponax *R* 19 hiponax in .I. ΕΡΕΩΓΑΡΟΥΛΑΝΝΙΕ ΜΑΙΑΔΟC ΕΡΜΝ iste *V* hypponax ΙΝΙΕΡΕΩΓΑΡCΥΤΟΚΥΛΑΝΝΙΕ ΜΑΙ ΔΟC (ΗΡΜΗC *add. a*) iste *A* : hipponax ΙΝΙΕΡΕΩΓΑΡΟΥΤΑΚΥΕΡΑΙΝ iste *R* hippoxax in .I. epistolarum (*sequitur lacuna*) iste enim uersus habet coriambus (*corr.* −bos) *B* 21 coriambus *corr.* coliambus *R* et in quinto *V* 23 ΟΔΥΝΗΠΙΑΛΑΙΡΕΙΤΙΑΕ *V* ΟΔΥΝΗΠΙΑΛΑΙΡΕΙΠΑΕ *R* ΟΔΥΝΗΠΑΛΑΙΡΕΙΤΙϚ *A* ΟΔΙΝΗΠΙΑ (*add. in marg.* ΛΑΙΡΕΙΤΑΕ) *codex Parisinus* 7504 ὀδύνη πάλαι *Reinke Putschius. Heliodorum corrupto Hipponactis codice usum esse vidit Hermannus elem. doctr. metr. p.* 144. *neque constat qualem ille versum legerit. itaque corruptam librorum scripturam reliqui. Hipponactis verba probabiliter restituit Meinekius poet. choliamb. p.* 99 *ita,* τὸν ἄνδρα τοῦτον ὠδύνη πάλαι πρίει. *Heliodorum* τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνῃ γύαλα ῥιγηλά, *Hipponactem* τοὺς ἄνδρας ὀδύνῃ τουσδε γύαλα ῥιγηλά *scripsisse coniecit Hermannus opusc.* II *p.*

p. 1327. 28 P. p. 411. 15 K.

iste | iambus habet in secundo loco spondeum et in quarto dactylum. Pindarus teste Heliodoro ἀντέστρεψεν, hoc est convertit rythmum iambicum hoc modo,

πεπρωμέναν ἔθηκε μοῖραν μετατραπεῖν
ἀνδροφθόρον, οὐδὲ σιγᾷ κατερρύη.

in secundo enim iambo pyrrichium secundum et tertium trochaeum et quartum spondeum posuit. idem 22

τροχὸν μέλος, αἱ δὲ Χείρωνος ἐντολαί.

hic iambus et in tertio trochaeum habet et in quarto spondeum. idem

αἴνιγμα παρθένου ἐξ ἀγριᾶν γνάθων·

hic quarto loco spondeum posuit. idem

ἐν δα||σκίοισιν πατήρ, νηλεεῖ νόῳ δ'.

in hoc quoque iambo trochaeum in tertio loco posuit et in quarto spondeum. idem

δ' οὐδὲν προσαιτέων ἐφθεγξάμαν ἐπί.

hic similiter in quarto loco spondeum habet. itaque puto Horatium propter huiuscemodi versus Pindaricos dixisse in IIII carminum

cum per audaces nova dithyrambos
verba devolvit numerisque fertur
lege solutis.

Anacreon teste Heliodoro

ὁρᾶν ἀεὶ λίην πολλοῖσι γὰρ μέλεις.

hic iambus quartum spondeum habet. Eupolis Βάπταις, cum in aliis 23 iambis eiusdem fabulae recta est observatione metrorum usus, hos tamen posuit in | fine habentes spondeos,

ἀνόσια πάσχω ταῦτα ναὶ μὰ τὰς νύμφας,
πολλοῦ μὲν οὖν δίκαια ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Aeschylus in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας

Ἱππομέδοντος σῆμα καὶ μέγας τύπος.

260: τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνη γύαλ' ἤρειπ' αἰεί *Bergkius poet. lyr. Graec. p. 594 ed. sec., quem versum hexametrum esse voluit* 1 et in tertio et quarto dactylum *coniecit Bergkius l. c.* 3 ΠΕΠΡΩΑΙΕΝΕΕΝΚΕΝΑΙΑΕCITAIKATEPPIH in *R*. *et hi et reliqui Pindari versus qua ratione ad iustos numeros revocari possent demonstravit Boeckhius fragm. Pind. p. 646. responsionem versuum, quam indicat Heliodorus, restituere conatus est Bergkius poet. lyr. Graec. p. 265 ed. pr. p. 279 ed. sec.* ἔθηκε *Hermannus opusc.* II *p.* 260 ΕΘΗΚΕΝ *V* ΕΕΝΚΕΝ *A* ΝΕΤΑΤΡΑΠΕΙΝ *A* ΜΤΑΤΡΑΠΕΙΝ *V* 4 ΟΙΔΕ *A* 7 ΤΡΟΧΟΝΑ.ΛΕΑΝΟCΕΝΤΟΑΑΙ hic *R* ταὶ δὲ *Hermannus opusc.* II *p.* 260 ΧΕΙΡΟΝΩC *A* ἐντολάς *Putschius* 9 ΑΙΝΙΓΜΑΙΤΑΡΕΕΝΟΥ *V* ΑΙΝΙΓΜΙΤΑΡΕΕΝΟΥ *A*: ΑΙΝΙΓΜΑΙΤΑΡΕΕΝΟΥ hic *R* 11 ΕΝ Δ'ΑCΚΙΟΙCIN *V*: ΕΝΔΑCΚΥΟΥCINΙΙΑΤΕΡΝΗΑΕΕΙΝΟΩΑΙ in *A* ΕΝΔΑCΚΙΟΙCINCIATHPAIA in *R* 12 quoque] quo *A* 14 Δ'ΟΥΔΕΝ *V* dioden *A*: ΑΟΥΔΕΝΠΡΟCΑΙ hic *R* ἐφθεγξάμαν ἔτι *Hermannus opusc.* II *p.* 260 ΕΦΕΕΤΞΑΜΑΝΕΠΙ *A* ΕΦΕΤΞΑΜΑΝΕΠΙ *V* 16 in IIII carminum] 2, 10 21 ὦ ῥαννὲ δὴ λίην, Ἱππολοῖσι γὰρ μέλεις *Bergkius Anacr. carm. rel. p.* 231 *et poet. lyr. Graec. p.* 685 *ed. pr. p.* 794 *ed. sec.* ΑΙΕΝ *A* ΑΙ.ΗΝ *R* 22 baptaes *RV* bapres *AB* in alii *RV* 23 fabula *V* 25 ΑΝΟCΙΑΠΑΕΧΤΑΙΤΑ.ΝΑΙΤΑΙΒΑCΑ aeschylus *R* ΤΑΙΤΑ *A* ΝΙΝΦΑC *A* 26 ΠΟΛΛΟΥ *V et codex Parisinus* 7504 ΠΩΛΛΟΙ *A* πολλοὶ *Putschius* μὲν] ΝΕΝ *V* μὰ *Putschius* ΝΑ *VA* 27 epta epithebas *RVA* 28 ΙΠΠΟΜΟΜΕΔΟΝΤΟCCENA *V* ΙΝΤΟΝΟΜΕΔΟΝΤΟCCEMA *A*: ΙΠΙΠΟΑ.ΟΥΙΕΔΟΝΤΟCCENA *R*: *Aesch. sept. adv. Theb.* 469 *ed. Herm.* ΤΙΠΟC *A*

p. 1328. 29 P. p. 415. 16 K.

in principio enim trochaeum posuit, quem imitans Sophocles teste Seleuco profert quaedam contra legem metrorum, sicut in hoc,

Ἀλφεσίβοιαν ἣν ὁ γεννήσας πατήρ.

24 hic quoque iambus a trochaeo incipit. Simonides et Alcman in iambico teste Heliodoro non solum in fine ponunt spondeum sed etiam in aliis locis. Simonides in *ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίᾳ* in dimetro catalectico,

ἐβόμβησεν θαλάσσας,

in secundo loco spondeum posuit. *ἀντιστρέφει δὲ αὐτῷ*

ἀποτρέπουσι κῆρας.

Alcman autem in primo catalecticum trimetrum fecit habentem in quarto loco modo iambum modo spondeum sic,

νεοχμὸν ἄρχε παρσένοις ἀείδεν,

καὶ ναὸς ἁγνᾶς εὐπύργω Σεράπνας.

hic quarto loco spondeum habet. similiter

χερσόνδε κωφὸν ἐν φύκεσσι πιτνεῖ.

25 quarto loco spondeum posuit (nam *φυ* producitur) teste Heliodoro, qui ait Simoniden hoc frequenter | facere. idem ostendit Pindarum etiam trisyllabos in fine versus posuisse,

νόμων ἀκούοντες θεόδμητον κέλαδον.

ecce in hoc iambo in fine tribrachyn posuit, qui nec concatenatus esse potest cum consequente, quippe in consonantem desinens. similiter Bacchylides

χρυσὸν βροτῶν γνώμαισι μανύει καθαρόν.

26 hic quoque iambus in fine tribrachyn habet. Hipponactem etiam ostendit Heliodorus iambos et || choliambos confuse protulisse,

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ. Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε,

ἐπεύχομαί τοι, κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ.

1 imitans *VAB* imitas *A* imitatus *corr.* imitans *R* sophoclas *RVA* seleutio *B* 3 ἣν] NN *V* N *R* ΓΕΝΝΕCΑC *A* *γενιέτας Ascens. Ald.* 4 alemon *RVAB* alcmaeon ς 5 eliodoro *A* 6 in epartemisio naumachia *RVAB. trochaicos numeros descripserunt Schneidewinus Simon. carm. rel. p.* 5 *et Bergkius Anacr. carm. rel. p.* 231 7 ΕΒΟΝΒΗCΕΝ *R* *θάλασσα Ald.* 9 ΑΠΟΤΡΕΠΟΥCΕΙ *RV* ΑΠΟΤΡΕΠΟΙCΕΙ *A* *ἀποτρέποις εἶ Putschius ἀποτρέπουσα vel ἀποτρέπουσαν, quod habet Ald., coniecit Hermannus, ἀποτρέποισα Schneidewinus Simon. carm. rel. p.* 6 10 alemon *RVAB* alcmaeon ς 12 *νεοχμὸν Maximus Planudes in rhetor. Graec. ed. Walz* V *p.* 510 ΝΕΟΜΟΝ *RVA. iambicam dipodiam catalecticam cum trochaico dimetro acatalecto coniunctam et in hoc et in duobus versibus qui secuntur descripsit Bergkius poet. lyr. Graec. p.* 538 *ed. pr., trochaicos numeros idem p.* 633 *ed. sec.* ΠΑΡCΕΝΟΙC ΑΙΕΙΑΕΝ *RVA* 13 *καὶ — Σεράπνας om. R* *ἁγνὸς Schneidewinus Simon. carm. rel. p.* 6 ΕΥΤΥΡΤΩΝ ΕΡΑΠΝΑC *A* 15 *χέρσονδε Ald.* ΧΕΡCΑΝΑΕ *RVA. Alemani versum vindicarerunt Welckerus Alcm. fragm. p.* 18 *et Bergkius poet. lyr. Graec. p.* 540 *ed. pr. Simonidi tribuit Schneidewinus Simon. carm. rel. p.* 6 ΚΩΦΩΝ *A* ΦΟΥΚΕCCΙ *A* *πιτνεῖ om. R* 16 eliodoro *A* 19 ΝΟΜΟΝ *R* ΚΟΥΟΝΤΕC *A* ΘΕΟΝΗΤΟΝ *R* ΘΕΟΔΝΕΤΟΝ *V* 20 in fine — 24 iambus *om. V* 21 potest] potuit *R* cum sequenti *B* bachillides *RA* baccillides *B* 23 ΒΡΟΤΟΝ ΓΝΟΝΑΙCΙΝ *corr.* ΓΝΩΝΑΙCΙΝ *R* *μανύει Putschius* ΜΑΝΓΕΙ *A* ΝΑΝΓΕΙ *R* 25 eliodorus *A* heliodoros *B* choriambos *corr.* choliambos *R* coruambus *corr.* – bos *B* 26 ΕΡΜΕΦΙΑΗΡΜΕΜΑΙΑΔΕΥ *A* ΕΡΜΗ ΦΙΧΕΡΜΕ ΝΑΙΑΔΕΥ *V* ΕΡΑΙC ΦΙΑΕΡΝΗ ΝΑΙΑΔΕΥ *R* *Κυλληναῖε Meinekius poet. choliamb. p.* 104 *Κυλλήνειε Welckerus Hippon. et Anan. fragm. p.* 38 27 ΕΠΕΙΧΟΜΑΠΟΥ *A*

p. 1320. 30 P. p. 416. 17 K.

nam ῥιγῶ spondeus est. Hephaestion quoque metricus ostendit comicum epionicum spondeos paribus locis habens iambicarum συζυγιῶν, id est coniugationum, ut est apud Eupolin in fabula || quae dicitur χρυσοῦν γένος

ὦ καλλίστη πόλι πασῶν. ὅσας Κλέων ἐφορᾷ,
ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἦσθα νῦν τε μᾶλλον ἔσει.

idem

ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν, |
πῶς οὖν οὐκ ἄν τις ὁμιλῶν χαίροι τοιᾷδε πόλει,
ἵν' ἔξεστιν πάνυ λεπτῷ κακῷ τε τὴν ἰδέαν.

hi omnes locis paribus spondeos habent.

1 ephestion *RVAB*. *Hephaest. p.* 108 *ed. Gaisf. p.* 112 *ed. sec.* 2 epinonicum *B* iambicarum *Putschius* iambicorum *RVAB* syzygion *RVAB* 3 χρυσονενος *RVA* 4 πολει *V* τολει *A* : πολειτας hi ομ̄ς *omissis reliquis quae interposita sunt R* οιcας *A* 5 ευδενον *A* ευδεμεν *V* *προτερον τ' ησθα *Hephaestion* τρωτερων τεcεα *A* : *πρότερον — 7 πρῶτον μὲν om. V* 7 *tres Eupolidis versus, qui non leguntur in Hephaestionis libro, valde corruptos in priscis editionibus ad codicum manu scriptorum fidem olim revocaverat Iosephus Scaliger, cuius emendationes posuit Gaisfordius in Hephaest. p.* 108 *ed. pr* πρῶτον *Ald.* τρωτων *A* παρχειν παντον *A* ἰσηγορίαν *Ald.* cηγοριαν *VA* 8 τις *V* ὁμιλῶν χαίροι *Scaliger* ομιλον χαιρι *VA* τοιαιδε *V* τειαιδε *A* 9 πανι *A* κακοπεθν *A* 10 PRISCIANI GRAMMATICI DE METRIS TERENTIANIS EXPLICITUS. INCIPIUNT EIUSDEM PRAEEXERCITAMINA DE FABULA *R* PRISCIANI GRAMMATICI DE METRIS TERENTIANIS EXPLICIT FELICITER Incipiunt eiusdem praeexercitamina de fabula *V* PRISCIANI. ū DE METRIS TERENTIANIS EXPLICIT. EIUSDEM PREEXERCITAMINA DE FABULA INCIPIUNT *A* PRISCIANI GRAMMATICI DE METRIS TERENTIANI EXPL. INCIPIUNT EIUSDEM PREEXERCITAMINA DE FABULA *B*

PRAEEXERCITAMINA.

p. 1329. 30 P. p. 423. 25 K.

DE FABVLA.

1 1 Fabula est oratio ficta verisimili dispositione imaginem exhibens veritatis. ideo autem hanc primam tradere pueris solent orátores, quia animos eorum adhuc molles ad meliores facile vias instituunt vitae. usi sunt tamen ea vetustissimi quoque auctores, ut Hesiodus Archilochus Horatius, Hesiodus quidem lusciniae, Archilochus autem vulpis, Horatius muris. nominantur autem ab inventoribus fabularum aliae Cypriae, aliae Libycae, aliae Sybariticae, omnes autem communiter Aesopiae, quoniam in conventibus 2 frequenter solebat Aesopus fabulis uti. et pertinet ad vitae | utilitatem, et fit verisimilis, si res quae subiectis accidunt personis apte reddantur, ut puta de pulchritudine aliquis certat, pavo hic supponatur: oportet alicui astutiam tribuere, vulpecula est subicienda: imitatores aliquos hominum volumus ostendere, hic simiis est locus. oportet igitur modo breviter modo latius eas disserere. quomodo autem hoc fiat? si nunc narratione simplici 3 proferantur, nunc etiam || sermo inductis fingatur personis. exempli causa, 'simiae convenerunt et consilium habebant de urbe condenda, et quia placuit illis, paratae erant incipere aedificationem. sed vetus inter eas prohibuit ab incepto eas docens, quod facile capiantur, si intra muros concludantur'. sic breviter dices. si velis producere, sic, 'simiae convenerunt. consiliabantur de urbe condenda. quarum una in medium veniens, contionata est, quia oportet ipsas quoque civitatem habere. 'videtis enim' aiebat 'quod civitates habendo homines habent etiam domos singuli et contionem universi, et in theatrum ascendentes delectant animos spectationi- 4 bus et auditionibus variis.'". et sic proferes orationem morando dicens, quod et plebiscitum scriptum est, et finges etiam orationem veteris simiae. expositio autem fabularum vult circuitionibus carere et iucundior esse. sed oratio qua utilitas fabulae retegitur, quam epimythion vocant, quod nos

1 INCIP PREEXERCITAMINA PRISCIANI GRAMMATICI *P* 4 animas *PV* 7 quidem] quoque *P* lucinie *V* 9 in conuenientibus *P* inuentis *R* 12 de pulcritudine aquis (*corr.* auis) pauo *V* huic *R* 13 est *om. P* 14 semiis *PV* 16 fingatur] figuratur *P* 17 semiae *PV* quia] qua *V* 19 incoepto *R* 20 semiae *P* saemiae *V* 21 in medio *P* 23 singulas *R* singulos *VS* 25 docens *R* 26 quod et plebisscitum *S* quod a plebisscitum *PRVS* ὅτι καὶ τὸ ψήφισμα ἐγέγραπτο *h* semiae *V* 27 vult] uel *S* 28 detegitur *P* quod] quam *P*

p. 1330—32 P. p. 427. 29 K.

affabulationem possumus dicere, a quibusdam prima, | sed a plerisque rationabilius postrema ponitur. sciendum vero, quod etiam oratores inter exemplis solent fabulis uti. ||

DE NARRATIONE.

Narratio est expositio rei factae vel quasi factae. quidam tamen *χρείαν*, II 5
id est usum, posuerunt ante narrationem. species autem sunt narrationum quattuor, fabularis fictilis historica civilis. fabularis est ad fabulas supra dictas pertinens, fictilis ad tragoedias sive comoedias ficta, historica ad res gestas exponendas, civilis, quae ob oratoribus in exponendis sumitur cautsis. nunc autem de ea quae ad exercitationem pertinet dicimus; quam 6
variis proferre modis solemus, per rectum indicativum, per indicativum inclinatum, per convictivum, per dissolutum, per comparativum. rectum quidem indicativum, ut 'Medea Aeetae filia fuit; haec prodidit aureum vellus' et sequentia. rectum autem nominatur, quod per totam vel ampliorem orationem casum servat nominativum. indicativa vero inclinata dicitur, in qua obliquis utimur casibus, ut 'Medeam, Aeetae filiam, dicunt amavisse Iasonem' et reliqua, quia alios quoque casus assumit. convictiva vero figura est, qua arguentes utimur, ut 'quid enim non fecit Medea malum? non amavit quidem Iasonem, prodidit autem aureum | vellus, interfecit fratrem?' et sequentia. dissolutum vero fit sic, 'Medea, Aeetae filia, pro- 7
didit aureum vellus, Absyrtum interfecit fratrem' et sequentia. comparativum vero est hoc, 'Medea, Aeetae filia, debens pudicitiam servare, amoris turpitudini prodidit eam, et quam decebat custodem fraternae fieri salutis, interfecit fratrem, et quae debuit tutari aureum vellus, tradidit insidiatori'. et rectum quidem historiae convenit; est enim planius: inclinatum vero magis certaminibus rhetoricis; convictivum vero ad arguendum accommodatius, dissolutum autem perorationibus sive conclusionibus; est enim passivum, id est affectus animi commovens.

DE VSV.

Vsus est, quem Graeci *χρείαν* vocant, commemoratio orationis ali- 8
cuius || vel facti vel utriusque simul, celerem habens demonstrationem, quae utilitatis alicuius plerumque causa profertur. usuum autem alii sunt orationales alii activi. orationales sunt quibus oratio inest sola, ut 'Plato dicebat Musas in animis esse ingeniosorum'; activi vero in quibus actus inest solus, ut 'Diogenes, cum vidisset puerum indecenter agentem, pedisecum

9 explanandas *R* 10 autem quae dea ad *V* excitationem *PV* 12 per dissolutum per conparatiuum per rectum quidem *S* dissolutum conparatiuum rectum quidem *VPR* 17 qui alios *P* quae alios *R* 21 fratrem *om. VPS* 22 medea aetae dea filia *V* 26 conuictum uero *P* coniunctiuum uero (*corr.* quoque) *S* conuictiuum quoque *RV* 30 quem *P* quam *RVS* 33 actiui alii mixti ς : *τῶν δὲ χρειῶν αἱ μέν εἰσι λογικαὶ αἱ δὲ πρακτικαὶ αἱ δὲ μικταί h* 34 actiũ uero *R* actiue uero *V* actiuae uero *S* actiuae *P* 35 pedissecum *P* pedisequum *S* pedissequum *corr.* pedisequum *R*

p. 1332. 33 P. p. 429–33 K.

virga percussit'; vel mixti, si addas 'percussit dicens 'quare sic erudiisti?'' interest autem inter usum et commemorationem hoc, quod usus breviter profertur, commemorationes vero, quas ἀπομνημονεύματα Graeci vocant, longiores sunt. sententiae vero differt, quod sententia indicative profertur, usus vero saepe etiam per interrogationem et per responsionem; praeterea, quod usus etiam in actu solet inveniri, sen|tentia vero in verbis tantum; et quoniam usus habet omnimodo personam quae fecit vel dixit, sententia vero sine persona dicitur. traduntur tamen differentiae usuum plures a
9 veteribus. alii enim sunt indicativi, alii interrogativi. sed nunc ad instans veniamus, hoc est ad operationem et ordinationem ad usus pertinentium
10 capitulorum. disponendum igitur sic. primum laus breviter dicatur eius qui dixit vel fecit, deinde expositio ipsius usus, hinc causa, ut 'Isocrates dicebat stirpem quidem doctrinae essse amaram, fructum vero dulcem'. laus 'Isocrates sapiens fuit', et producis pedetemptim locum. postea sequatur elocutio ipsius usus; non oportet tamen ipsum per se ponere, sed latius eum interpretari. deinde a causa, 'maxima enim factorum per labo-
10 rem perfici solent, perfecta vero afferunt iucunditatem.' deinde utendum a contrario, 'nam vilissimae rerum non egent labore et finem taeterrimum habent, studiosissimae vero res ex contrario'. posthac a comparatione, 'quomodo enim agricolas oportet laborantes in terra accipere fructus, sic etiam eloquentes'. deinde ab exemplo, 'Demosthenes inclusit sese in aediculis ad legendum et multo labore post accepit fructus, coronas || et praedicationes'. praeterea ab iudicio argumenteris, ut 'Hesiodus quidem dixit

virtutis sudorem di longe posuere;

alius poeta dixit 'laboribus vendunt dei nobis omnia bona.'' post omnia | inferes exhortationem, quod oportet parere illi qui dixit aut fecit.

DE SENTENTIA.

11 III Sententia est oratio generalem pronuntiationem habens, hortans ad aliquam rem vel dehortans vel demonstrans quale sit aliquid: dehortans quidem, quomodo in illo Homerico, 'non oportet per totam noctem dormire consultorem virum' et in illo Virgiliano *; hortans vero, ut in illo, 'oportet pauperiem fugientem etiam latissimum pontum penetrare et ad scopulos adplicare praecipites'; demonstrans vero qualitatem rei, ut 'prospere enim agentes indigne occasionem accipiunt insipientes male faciendi.'
12 praeterea sententiarum aliae sunt verae, aliae verisimiles, aliae simplices,

1 uel mixtae *PRVS* mixti ς eruduisti *P* erudisti *RS* 2 commemorationem hoc *P* commemorationes hoc *RVS* 4 longiora sunt *PVS* sententia uero *VS* a sententia uero ς ß solent *PRVS* 14 laus isocratis sapiens *PV* producens *S* 19 post hoc *VS* 20 oportet *om. P* 25 uirtuti *Ascens.* : uirtutis uiam asperam dii fecere *Ald.* sudore *S* dei *PRVS* 27 infers *P* 29 ad *om. S* 32 in illo Virgiliano heu nihil inuitis fas quemquam fidere diuis ς 35 indigni *PRVS* : τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται *h* insipienter *PRV* insipientem *S*

p. 1333. 34 P. p. 433. 35 K.

aliae coniunctae, aliae superlativae: verae quidem, ut 'non potest inveniri vita hominis carens molestia', et

nihil invitis fas quemquam fidere divis;

verisimiles autem, ut 'siquis cum malis conversatur libenter, numquam de hoc interrogavi viro, sciens, quoniam talis est, quales illi cum quibus conversatur', et

una salus victis nullam sperare salutem;

simplices vero, ut 'possunt divitiae et clementes facere', et

quid non mortalia pectora cogis,
auri sacra fames?

coniunctae, *ut* 'non est bonum multos esse reges, unus rex sit', et

obsequium amicos, veritas odium parit;

superlativae, ut 'nihil aegrius terra pascit homine', et

fama malum, quo non aliud velocius ullum. |

operatio vero sententiae consimilis est meditationi usus, de qua superius 13
dictum est. provenit enim a laude brevi eius qui dixit, a simplici expositione ipsius sententiae, a causa, a contrario, a comparatione, ab exemplo, ab iudi||cio, a conclusione. sit autem sententia exempli causa 'non oportet per totam noctem dormire virum multis consulentem'. laudabis igitur eum qui dixit breviter: deinde simplici expositione eloqueris sententiam. ut 'non decet virum in summa potestate multis praesidentem ab occasu solis usque ad ortum opprimi somno': a causa, 'debet enim praeses sem- 14
per in curis esse, somnus vero curas omnibus aufert': a contrario; contrarium est enim rex et privatus, somnus et vigiliae; 'quomodo ergo molestum *non* est, si privatus homo per totam dormiat noctem, sic intolerabile, si rex non vigiliis consulat curisque sibi parentium saluti': a comparatione, 'quomodo enim gubernatores, etsi ceteri dormiant, soli pro communi vigilant salute, sic oportet imperatores curare pro suis': ab exemplo, 'Hector enim noctu vigilans et curans speculatorem ad naves Graecorum mittebat Dolonem': ab iudicio, ut 'Sallustius quoque hoc comprobat dicens 'sed multi mortales dediti ventri atque somno indocti incultique vitam sic uti peregrinantes transiere''. conclusio vero habet exhortationem plerumque, ut 'oportet et nos necessarias res suscipientes nimia cura vigiliisque eis consulere'.

1 superlatiuae ς supra relatiuae *PRVS* *ὑπερβολικαί h* 2 carens *om. P* 3 nihil] *Verg. Aen.* II 402 inuictis *V* quęquam *P* quēq; *S* 4 de hoc bene interrogaui ς 7 una] *Verg. Aen.* II 354 8 dementes *S* 9 quid] *Verg. Aen.* III 56 11 ut *om. PRVS* 12 obsequium] *Terent. Andr.* I 1, 41 13 supra relatiuae *PRVS* nihil egregius *P* 14 fama] *Verg. Aen.* IIII 174 qua *PVS* aliod *V* ullum] illud *S* 15 supra *S* 23 somnus enim curas affert *S* 24 et somnus et uigiliae *R* et somnus uigiliae *PVS* 25 non *om. PRVS, add.* ς : *εἰ τὸν ἰδιώτην οὐδὲν δεινὸν δι' ὅλης τῆς νυκτὸς καθεύδειν h* 26 consula curisque *V* consulat cuiusque *Ald.* 30 Sallustius] *Catil.* 2 31 iudocti incultique *om.* ς 32 sicut *P* : sicuti pecudes *Ascens.* 34 eis *om. P*

p. 1334. 35 P. p. 437. 39. K.

DE REFVTATIONE, QVAM GRAECI *ANAΣKEYHN* VOCANT.

15 V Refutatio est improbatio propositae rei, confirmatio vero ex contrario comprobatio. quae vero planis|sime sunt falsa vel vera, nec refutanda sunt nec confirmanda, quales sunt fabulae Aesopiae vel historiae indubitabiles. oportet enim refutationes et confirmationes de illis rebus fieri, quae anci- pitem adhibent opinionem. refutandum igitur ab incerto, ab incredibili, ab impossibili, ab inconsequente, ab indecente, ab incommodo: ab incerto, ut 'incertum erat tempus, in quo Narcissum fuisse dicunt'; ab incredibili, 'incredibile est Arionem malis affectum voluisse canere'; ab impossibili, 'impossibile erat Arionem a delphino servari'; ab inconsequente, quod et contrarium || dicitur, ut 'contrarium erat voluisse perdere libertatem eum qui eam servasset'; ab indecente, 'indecens erat Apollinem, cum sit deus, mulieri voluisse iungi mortali'; ab incommodo, cum dicimus, quod neque prodest haec audire. confirmes vero a contrariis.

DE LOCO COMMVNI.

16 VI Locus communis exaggerationem habet manifestae rei, quasi argumentationibus iam peractis. non enim quaerimus in hoc, an iste sacrilegus vel vir fortis, sed rei convictae et manifestae exaggerationem facimus, cui tamen legibus sit supplicium definitum vel praemium. dicitur autem communis locus, quia convenit contra omnem verbi causa sacrilegum vel etiam, ut quibusdam placet, pro omni viro forti. oportet autem sic | progredi, per inquisitionem contrarii, deinde ponere ipsam rem, post comparationem, quam sequitur sententia; post eam coniecturaliter praeteritam vitam crimineris a praesentibus; dehinc amoveas misericordiam per capitula quae finalia dicuntur, id est utili iusto legitimo honesto et similibus, et per demon-
17 strationem ipsius rei actae. principia enim in loco communi pure non invenis, sed usque ad formulam quandam serventur. et ut exemplo tibi manifestum fiat, sit locus communis contra sacrilegum. principia igitur dicenda sunt usque ad formulam hoc modo, 'omnis equidem oportet maleficos homines in odio esse vobis, iudices, maxime vero eos qui contra deos aliquid audent'. secundum quasi principium, 'ergo si vultis facere ut ceteri quoque sint pessimi, isti concedite; sin hoc minime placet, suppliciis istum adficite meritis'. tertium, 'videtur enim reus in periculum duci solus, re autem vera vos quoque in discrimen maximum venitis. contemptio enim iuris iurandi et fidei religionisque violatio nescio an minores habeat sacrilegio poenas'. || post has igitur formulas principii, antequam in ipsam rem veniamus, de contrario est dicendum, quod leges constituerunt prudentissime deos placare aris, templa eis devoverunt, donariis ornaverunt, hostiis honestaverunt, festis diebus, reditibus celebraverunt; et inferes etiam

12 apollonem *S* 13 iungere *R* 24 amoues *S* amoueas *P* 29 oms *V* oms *PRS* 31 maximae *S* 35 habeat ς debeat *PRVS* ἔχει *h* 39 infers *VP* inferi *corr.* infers *S*

p. 1336. 37 P. p. 439—43 K.

approbationem tractando causam, quod iustissime haec leges constituerunt: 'deorum enim placatorum providentia custoditur salva res publica, violatorum vero proditione corrumpitur'. sic progredere ad propositum, 'quae cum 18
ita sint, iste quid est ausus facere?' et expones rem, non quasi docens, sed quasi exaggerans, quod universae nocuit civitati, et communibus et privatis rebus, et 'timendum ne tale scelus consequatur sterilitas frugum, ne hostium superemur armis' et similia. post haec ad comparationes venies, | quod homicidis multo est iste peior: 'quanta vero sit differentia, ex laesis conicere possumus. homicidae enim contra homines audent, sacrilegus autem in ipsos sceleratam exercet audaciam deos. tyrannis iste simillimus, sed tamen et illis non omnibus, sed pessimis omnium. illorum enim facinus est saevissimum, quod sacratas deis divitias auferunt'. a maiore vero ad minus comparationes per increpationem induces, ne minuere crimen videaris, ut 'non est iniquissimum furem quidem vel iniuriosum supplicio adfici, sacrilegum vero absolvi?' licet autem etiam praeteritam 19
eius vitam a praesenti criminari, quod a parvis coepit et ad hoc pessimum facinus progressus est: 'ergo non solum sacrilegum, sed etiam furem atque effractorem et adulterum habetis'. excuties etiam sententiam, per quam venit *ad* tale peccatum, quod nolens [ingenuus] ingenue laborare vel arando cibum adquirere per sacrilegia vult divitias quaerere. praeterea a consequentibus, quod per hunc deminuta maiestas templorum, infamati sacerdotes, segniores ad offerendum ornamenta delubris redditi cives. utere autem etiam amotione misericordiae. amove|tur autem misericordia finalibus capitulis, id est iusto utili possibili decenti et descriptione ipsius iniuriae, ut 'non istum mihi attendatis, qui nunc lacrimat ante vestrum conspectum, sed illum contemnentem deos, adeuntem fana, evellentem fores, auferentem donaria sacrorum'. et post omnia perores in exhortationem desinens, 'quid moramini? quid cogitatis de eo qui iam pridem omnibus videtur esse damnatus?'

DE LAVDE.

Laus est expositio bonorum, quae alicui accidunt personae vel com- VII 20
muniter vel privatim, com|muniter, ut laus hominis, privatim, ut laus Socratis. laudamus tamen etiam res, ut iustitiam, et muta animalia, ut equum, nec non etiam arbores et semina et montes et fluvios et similia. scien-
dum autem, quod et laus et vituperatio sub uno eodemque genere referuntur demonstrativo, quod ex eisdem locis utraque proficiscuntur. quid autem 21
interest inter has et locum communem? videntur enim in quibusdam ni-

1 aprobationem *PV* abprobationem *S* 4 exponis *PRS* 6 sterelitas *PS* 7 et cetera similia *P* 9 coniecere *S* 13 conparationem *P* 18 etiam] enim *P* per quam uenit tale *VS* per quem uenit tale *R* per quam ueniet tale *P* : ad *add.* ς : ἀφ' ἧς ἠλθεν ἐπὶ τοῦτο *h* 19 ingens ingenue *PVS*, *om.* ς 20 ad consequentibus *V* 21 dimminuta *R* imminuta ς 23 admonitione *R* ammotiones *S* ammonitię *P* 26 fors *PV* frons *S* 27 ut post *V* 28 esse *om. R* 30 quod et ex *PV*

p. 1337. 38 P. p. 413–17 K.

mium esse coniunctae. hoc, quod in loco communi pro viro forti dicentes eo consilio dicimus, ut praemium petamus; laus autem per se testimonium virtutis habet. loca vero laudis vel vituperationis haec sunt, gens, ut Latinus Graecus, civitas, ut Romanus Atheniensis, genus, ut Aemilianus Alcmaeonides. | dices autem etiam, siquid *in* nascendo evenit mirum, ut ex somniis vel signis vel huiuscemodi quibusdam praenuntiationibus. deinde sequitur victus, quomodo in Achille, quod medullis leonum pastus est et apud Chironem; hinc educatio, quomodo eruditus est. nec non etiam natura animi corporisque tractetur, et eorum utrumque per divisionem. dices enim de corpore quidem, quod pulcher, quod magnus, quod citus, quod fortis; de animo vero, quod iustus, quod moderatus, quod sapiens, quod strenuus. postea laudabis a professionibus, id est quod officium professus
22 est philosophum vel || rhetoricum vel militare. in omnibus autem est exquisitissimum de gestis dicere, ut militarem vitam degens quid in ea gessit. laudabis etiam vel vituperabis extrinsecus, id est a cognatis amicis divitiis familia fortuna et similibus. praeterea et a tempore, quantum vixit, multum vel parvum: utrumque enim occasiones laudis vel vituperationis praebet. ad haec a qualitate mortis, ut pro patria pugnans, vel siquid mirabile in ipsa morte evenit, vel etiam ab eo qui illum interfecit, ut Achilles ab Apolline interfectus. et exquires etiam quae secuta sunt post mortem, si certamina in honorem eius sunt celebrata, quomodo Patroclo ab Achille et Anchisae ab Aenea; | si oraculum aliquid datum est de ossibus eius, quomodo de Oreste et Palinuro; si filios habuit laudabiles, quomodo Achil-
23 les Pyrrum. maximam vero occasionem in huiuscemodi orationibus suppeditant comparationes, quas pones in quo loco tempus admoneat. consimiliter tamen muta quoque animalia quomodo convenit. et a loco in quo nascuntur laudentur et a deis, in quorum sunt tutela, ut columba Veneri, equus Neptuno dicitur esse consecratus. praeterea dices, quomodo pascitur, qualem habeat animum, quale corpus, quid opus aut quid utilitatis, quale spatium temporis vitae. nec non etiam comparatione et omnibus accidentibus locis uteris. res autem laudes ab inventoribus, ut venationem Diana invenit et Apollo, et ab his qui ea usi sunt, heroes venationibus utebantur. maxima autem facultas in huiuscemodi rerum laudationibus datur ex contemplatione eorum qui eas res affectant, quales sunt tam animis quam corporibus, ut venantes fortes audaces acuti integri corporibus. hinc non ignores, quomodo etiam deos debeas laudare. similiter arbores a loco in quo gignuntur et a deo in cuius sunt tutela, *ut* oliva Minervae, laurus

1 coniecta *P* 3 loco uero *VS* 5 in *om. PRVS* euenit uirum ut ex *s* *t* uiro somnus *P* euenit uirū uel exōnus *V* euenit uirum uel ex omnis *S* euenit uerum uel ex somniis *R* euenit uiro uel ex somniis *ς*: ἐρεῖς δέ τινα καὶ ἃ περὶ τὴν γένεσιν συνέπεσεν ἄξια θαύματος, οἷον ἐξ ὀνειράτων *h* 7 leonis *P* 13 rethoricorum *S* militarē ominibus *V* militare omnibus *PRS* 16 fortunis *RVS* et similia *S* 17 occasionem *P* 19 morte uenit *VS* 25 ammoneat *V* 29 qd opus *R* · 37 ut *om. PRVS*

p. 1339. 40 P. p. 447–51 K.

Apollini; et a pastu, quomodo pascuntur, et si multa cura egent, id mireris, sin parva, id quoque laudabis. dices autem, quomodo de corpore, staturam pulchritudinem pullulationem, quomodo de mali arbore, et quid utile habeat, in quo maxime morandum. comparationes autem ubique assumendae. quin etiam urbium laudes ex huiuscemodi | locis non difficulter adquires. dices enim de genere, quod indigenae, et de victu, quod a deis nutriti, et de eruditione, quod a deis eruditi sunt. tractes vero, quomodo de homine, quali sit structura, quibus professionibus est usa, quid gesserit? 24

DE COMPARATIONE.

Comparatio est vel similium vel diversorum vel minorum ad maiora VIII 25
vel maiorum ad minora collatio. et ea usi sumus etiam in communi loco, augentes per comparationem crimina. assumitur tamen etiam in laude et in vituperatione eiusdem rationis causa. quoniam tamen doctissimi oratorum ea quoque per se praeexercitatione sunt usi, dicamus etiam de hac. procedentes igitur per loca laudationis comparamus et urbem urbi, ex qua sunt viri, et genus generi et victum victui et professiones professionibus et gesta gestis et quae accidunt extrinsecus et diversos mortis modos et quae eam sunt consecuta. similiter si arbores compares, conferes etiam 26
praesidentia eis numina et loca, in quibus nascuntur, et fructus et utilitatem et similia. res quoque si compares, dices, qui primi eas invenerunt, et eos conferes; praeterea qualitatem animi et corporis. idem tibi sit praeceptum in reliquis. sic enim vel in omnibus vel in plerisque similia ostendimus quae comparamus. est autem quando alterutrum praeponimus comparando; est autem quando | alterutrum vituperantes alterutrum laudamus, ut si comparemus iustitiam et divitias. fit autem comparatio etiam ad melius, ut si laudans Vlixem compares illum Herculi, minorem similem maiori virtutibus volens ostendere. exigit autem huiuscemodi locus fortem oratorem et callidum et celerem, ut agiles possit facere saepe transitiones.

DE ALLOCVTIONE.

Allocutio est imitatio sermonis ad mores et suppositas personas ad- VIII 27
commodata, ut quibus verbis uti potuisset Andromache Hectore mortuo. conformatio vero, quam Graeci προσωποποιίαν nominant, est quando rei alicui contra naturam datur persona loquendi, ut Cicero patriae et rei publicae in invectivis dat verba. est praeterea simulacri factio, quam Graeci εἰδωλοποιίαν dicunt, quando mortuis verba dantur, quod facit Cicero pro

1 apolloni *V* appolloni *S* apollinis ς 2 sint parua *PS* si sint parua ς 3 pullationem *P* 8 qualis sit *PR* qualis *S* qđ gesserit *S* 10 diuersorum ς diuersarum *PRVS* 11 collectio *S* 12 in laudem eiusdem *P* 23 est autem quando .i. praeponimus uituperantes comparando alterutrum praeponimus comparando. est autem quando alterutrum uituperantes alterum laudamus *et in margine* quando alterutrum laudamus *R* est autem quando alterutrum uituperantes alterutrum laudamus *S* 25 si *om. V* 26 comparem *RVS* 28 calidum *P* 33 in invectivi-] *in Catil.* 1 7, 18 34 fictio *R*

p. 1340. 41 P. p. 451-55 K.

Caelio, verba dans Appio Caeco contra Clodiam. fiunt autem allocutiones et finitarum et infinitarum personarum: *infinitarum*, ut quibus verbis uti potuisset aliquis ad suos profecturus a patria; finitarum vero, ut quibus verbis uti potuisset Achilles ad Deidamiam profecturus ad bellum Troianum.
28 allocutionum vero quaedam sunt simplices, quando supponitur aliquis ipse per se loquens; quaedam duplices, quando ad alios loquitur: per se quidem, ut quibus verbis uti potuisset Scipio victor revertens; ad alios vero, ut quibus verbis uti potuisset Scipio post victoriam ad exercitum. | ubique autem servanda est proprietas personarum et temporum. alia sunt enim verba iuvenis, alia senis, alia gaudentis, alia dolentis. sunt autem quaedam allocutiones morales, quaedam passionales, quaedam mixtae. passionales sunt, in quibus passio, id est commiseratio perpetua, inducitur, ut quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo Hectore; morales vero, in quibus obtinent mores, ut quibus verbis uti potuisset rusticus, cum primum aspexerit navem; mixtae, quae utrumque habent, ut quibus verbis uti potuisset Achilles interfecto Patroclo. habet enim et passionem funeris amici et morem de bello cogitantis. sed operatio procedit per tria tempora et in||cipit a praesentibus, recurrit ad praeterita et transit ad futura. habeat autem stilum suppositis aptum personis.

DE DESCRIPTIONE.

29 X Descriptio est oratio colligens et praesentans oculis quod demonstrat. fiunt autem descriptiones tam personarum quam rerum et temporum et status et locorum et multorum aliorum: personarum quidem, ut apud Virgilium

> virginis os habitumque gerens et virginis arma
> Spartanae;

rerum vero, ut pedestris proelii vel navalis pugnae descriptio; temporum autem, ut veris aestatis; status, *ut* pacis vel belli; locorum, ut litoris campi montium urbium. potest autem et commixta esse demonstratio, ut, siquis describat nocturnam pugnam, simul et tempus et rem demonstrat.
30 conemur igitur res quidem describere ab ante factis, et | quae in ipsis eveniunt vel aguntur, ut, si belli dicamus descriptionem, primum quidem ante bellum dicere debemus dilectus habitos, sumptus paratos, timores qui fuerunt; hinc congressus, caedes, mortes, victorias, laudes victorum, illo-
30 rum vero qui victi sunt lacrimas, servitutem. sin vero loca vel tempora vel personas describamus, habebimus aliquam et a narratione, de qua su-

1 pro Caelio] 14, 34 2 infinitarum *altero loco om. PRVS* ut — 3 vero *in marg. add. R* 3 aliquid ad suos *P* ad suos aliquis *RVS* : ad suos — 4 potuisset *in marg. add. S* ut *ante* quibus *om. VS* 12 passiones id est miserationes perpetuae inducuntur *P* indicitur *V* 13 Andromache — 14 potuisset *om. S* 17 prodit *PVS* 21 praestans *P* 24 apud Virgilium] *Aen.* I 315 28 ueris uel aestatis *P* : ueris et statis status *V* ut *ante* pacis *om. PRVS* 32 uel aguntur ut si uel aguntur ut si (usibi *V*) belli *PVS* 33 dilectos *PRVS* delectus *S* 36 et narratiõ *V*

p. 1341–43 P. p. 455. 57 K.

pra docuimus, et a bono vel utili vel laudabili rationem. virtus autem descriptionis maxime planities et praesentia vel significantia est. oportet enim elocutionem paene per aures oculis praesentiam facere ipsius rei et exaequare dignitati rerum stilum elocutionis. si clara res est, sit et oratio similis; sin summissa, huic quoque aptetur qualitas verborum. sciendum autem, quod quidam non posuerunt descriptionem in praeexercitamentis, quasi praeoccupatam et in fabula et in narratione: in illis enim quoque describimus et loca et fluvios et personas et res. sed quoniam eam quoque quidam eloquentissimorum tradidere inter praeexercitationes, non incongruum est eos imitari. ||

DE POSITIONE.

Positio est deliberatio alicuius rei generalis ad nullam personam certam pertinens vel aliam partem circumstantiae, ut si tractemus, an navigandum, an ducendum uxorem, an philosophandum, non addentes cui, sed ipsam rem per se et per accidentia ei requirentes; ut an illa res sit facienda, quam facientibus | solet illud et illud accidere. quodsi finitam assumamus personam et sic deliberemus, non positio iam sed suppositio est, quae magis ad controversias pertinet. sunt igitur positionum aliae civiles, aliae privatae: civiles quidem, quae communibus et ad civitatem pertinentibus subiacent opinionibus, ut an rhetoricae dandum studium, et his similia; non civiles vero vel privatae, quae sunt propriae aliquarum disciplinarum et eas profitentium, ut an pilae formam habeat mundus, an multi sint mundi, an ignis sit sol. hae enim quaestiones ad philosophos pertinent. nam oratores in aliis sunt exercendi. nominaverunt autem quidam has activas, illas inspectivas sive intellectivas. hae enim possunt agi, illarum autem finis est inspectio sive intellectus. est autem inter locum communem et positionem hoc, quod locus communis convictae et manifestae rei est exaggeratio, positio autem dubiae rei quaestio. positionum autem aliae sunt simplices, aliae ad aliquid comparantur et duplices videntur esse. si enim dicamus, an luctatione exercendum, simplex positio; sin autem luctatione exercendum an agri cultura, duplex. oportet enim ab altero dehortari in alterum hortantem. dividuntur autem positiones capitulis quae finalia nominantur, id est iusto utili possibili decenti, ut 'iustum est ducere uxorem et quod a parentibus accepimus reddere vitae'; quod prodest, 'multa enim ex nuptiis accidunt solacia'; quod possibile, 'a similibus enim facile possumus ducere'; quod de||cet non more ferarum degere. hoc modo confirmes, refutes autem ex contrariis, nec non etiam incidentes obiectiones reprobes. in peroratione vero hortationibus uteris et communibus omnium moribus hominum. |

31 XI 32 33

2 maxima *S* 5 sciendum quoque quod *P* 8 descripsimus *R* 9 praeexercitamenta *P* 13 uel aliquam partem ς 14 audentes *PV* audientes *S* 20 his *om. R* 30 simplices *P* 32 finalia dicuntur *P* 33 et iustum *V* 38 uteris ς horteris *PRVS*

DE LEGIS LATIONE.

34 XII Legis quoque lationem in praeexercitationibus ponunt. et quoniam etiam in negotiali et lationes legum et accusationes *, utuntur quaestione. differentiam autem hanc esse dicunt, quod in negotiali circumstantia est, in praeexer||citatione vero non est; ut fert aliquis vendendos esse honores sine tempore et sine reliquis circumstantiae partibus. dividitur autem manifesto legitimo iusto utili possibili decenti: manifesto, ut apud Demosthenen 'facile est id omnibus discere et cognoscere, simplicia et manifesta esse iura legum'; legitimo, si dicamus, quod contra veteres leges; iusto, quando dicimus, quod et contra naturam et contra mores; utili, quando dicimus, quod et nunc et in futurum laedit; possibili, quando dicimus, quod neque potest fieri; decenti, quando dicimus, quod inglorium est.

2 et *ante* quoniam *om. RVS* 3 negotiari *S* et lationis legum et accusationis utuntur *PHVS* et lationibus legum et accusationibus utuntur ς ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν πραγματικῇ νόμων θέσεις καὶ κατηγορίαι ἐμπίπτουσαι ποιοῦσι ζήτησιν, διαφορὰν ἐκείνην φασίν *h. lacunam indicavi, qua vocabuli* ἐμπίπτουσαι *interpretatio excidisse videtur: fortasse* accusationes accidunt 4 differentiam — 5 non est *in marg. add. R* 6 diuiduntur *R* 12 PRISCIANI SOPHISTAE ARS PRAEEXERCITAMINUM SECUNDUM HERMOGENEN UEL LIBANIUM EXPLICIT FELICITER *RV* EXPLICIT *P*

PRISCIANI

INSTITVTIO

DE NOMINE ET PRONOMINE ET VERBO.

C codex Parisinus 7498

c eiusdem codicis manus secunda

ς editiones interpolatae, ex quibus adhibitae sunt hae,

editio princeps (Veneta) a. 1470

editio Ascensiana Parisiis a. 1516

editio Aldina Venetiis a. 1527

PRISCIANI INSTITVTIO DE NOMINE PRONOMINE ET VERBO.

p. 1300. I. P. p. 462—63. K.

Omnia nomina, quibus Latina utitur eloquentia, quinque declinationi- 1 1
bus flectuntur, quae ordinem acceperunt ab ordine vocalium formantium genetivos. prima igitur declinatio est, cuius genetivus in ae diphthongon desinit, ut hic poeta huius poetae; secunda, cuius in i productam supra dictus finitur casus, ut hic doctus huius docti. tertia in is brevem, ut hic pater huius patris; quarta in us productam, ut hic senatus huius senatus; quinta in ei divisas syllabas, ut hic meridies huius meridiei.

Habet ergo primae declinationis nominativus litteras quidem termina- 2
les duas, a et s, terminationes vero tres, a as es productam, ut haec syllaba huius syllabae, hic Aeneas huius Aeneae, hic Anchises huius Anchisae. in a || desinentia, seu Graeca sunt seu Latina, masculina vel feminina vel communia primae sunt declinationis, ut hic citharista huius citharistae, hic scriba huius scribae, haec Calliopea huius Calliopeae, haec regina huius reginae, hic et haec advena huius advenae. excipiuntur una ulla nulla sola tota alia utra altera, quae pronominum declinationem habent in ius terminantium genetivum, quomodo ea quae composita sunt, aliqua nequa siqua. neutra vero in a 3
Graeca sunt et tertiae declinationis: genetivus enim Graecus τος in tis convertit apud nos, ut hoc poema huius poematis, hoc emblema huius emblematis, hoc toreuma huius toreumatis. litterarum enim nomina indeclinabilia sunt tam apud Graecos quam apud Latinos et neutra, ut alpha beta, a b. in as vero vel in es desinentia Grae||ca, quae apud Graecos in ου diphthongon | vel in α terminant genetivum, primae sunt declinationis apud Latinos, ut ὁ *Λυσίας τοῦ Λυσίου* hic Lysias huius Lysiae, ὁ *Ἄντας τοῦ Ἄντα* hic Antas huius Antae, ὁ *Πριαμίδης τοῦ Πριαμίδου* hic Priamides huius Priamidae. sciendum est autem, quod, si patronymicorum formae inveniantur propria, secundum tertiam magis veteres declinationem

1 INCIPIT INSTITUTIO PRISCIANI GRAMMATICI DE NOMINE ET PRONOMINE ET UERBO ET PARTICIPIO ET UERBIALIBUS NOMINIBUS *C* 16 utra neutra altera ες : neutra *om. C, inter composita pronomina posuit Priscianus p.* 678 : *cf. p.* 1278 21 enim] uero ς : *cf. Priscian. p.* 680 25 ut anchises huius anchisae *ἀγχίσης ἀγχίσου*, hic lysias huius lysiae *λυσίας λυσίου*, hic aeneas huius aeneae *αἰνείας αἰνείου*, hic priamides ς

p. 1301. 2 P. p. 463. 64 K.

proferunt, ut hic Thucydides huius Thucydidis, hic Euripides huius Euri-
4 pidis. similiter proferunt eiusdem terminationis barbara, ut hic Tigranes huius Tigranis, hic Mithridates huius Mithridatis, hic Ariobarzanes huius Ariobarzanis. et in aliis tamen quibusdam idem fecisse inveniuntur.

Secunda declinatio terminales habet litteras tres, r s m, terminationes vero sex, er ir ur us eus um, ut sacer sacri, vir viri, satur saturi, magnus magni,
5 Tydeus Tydei, templum templi. in er desinentia, si a Graecis sint ρος in er convertentibus apud nos, et quae ex se faciunt feminina in a desinentia et quae s et t ante er habent, nisi sint possessiva, secundae sunt declinationis, ut hic Menander huius Menandri, Alexander Alexandri, tener teneri, sacer sacri (faciunt enim tenera sacra), hic oleaster huius oleastri, apiaster apiastri. excipitur hic sequester huius sequestris, quod, quamvis tertiae declinationis invenitur, tamen femininum in a facit, haec sequestra, quamquam vetustissimi et secundae declinationis rationabilius protulerunt, hic sequester
6 huius sequestri. alia vero omnia in er desinentia tertiae sunt declinationis, ut hic pater huius patris, haec mulier huius mulieris, hic et haec pauper huius pauperis, hoc tuber huius tuberis. excipiuntur puer pueri, gener generi, socer soceri, fiber fibri, cancer cancri, liber libri, culter cultri, Hiber, coluber, aper, faber. in ir duo inveniuntur masculina secundae declinationis, ut hic Trevir huius Treviri, quod est || gentile, et hic vir huius viri et ex eo composita. praeterea neutra duo inveniuntur, unum tertiae declinationis, hoc Gaddir huius Gaddiris, nomen civitatis, et hoc ir, quod Graeci θέναρ dicunt, indeclinabile. in ur unum, cuius femininum in a desinit,
7 invenitur secundae declinationis, hic satur saturi. alia vero omnia ter|tiae declinationis, ut hic fur huius furis, hic furfur huius furfuris πίτυρον, hoc sulphur huius sulphuris. in us correptam desinentia s vel t vel x antecedentibus, si sint rerum incorporalium vocabula, masculina sunt et quartae declinationis, ut hic risus huius risus, hic visus huius visus, tumultus, metus, luxus, sexus. similiter quartae sunt quae ex his componuntur, ut hic senatus a senibus *et* natu huius senatus, et quae cognominatim his prolatis fixa sunt, ut hic magistratus ἡ ἀρχὴ καὶ ὁ ἄρχων huius magistratus, hic exercitus ὁ στρατὸς καὶ ἡ γυμνασία huius exercitus, hic saltus ἡ πήδησις καὶ ἡ
8 νάπη huius saltus. eiusdem praeterea declinationis sunt, quae, cum sint fixa, in tus desinunt aliqua praecedente consonante in eadem syllaba ante t posita, ut hic fluctus huius fluctus, hic caestus huius caestus, hic rictus huius rictus. excipitur lectus ἡ κλίνη lecti: nam mustus facit musta. simi-

3 hic metridates huius metridatis hic ariobazanes huius ariobazanis *C* 4 et in aliis tamen quibusdam graecis auctoritate idem fecisse inueniuntur ut hic orontes huius orontis ς 7 ρος] ros *C* 18 Hiber *Priscianus p.* 698, inber *esse videbatur in C*: Hiber — faber *om.* ς 21 composita nomina duumuir triumuir semiuir leuir ς 22 hoc gadir huius gadiris *C* 25 ut hic furfur huius furfuris τὰ πίτυρα, hic et haec fur huius furis φωρ φωρός, hoc sulfur sulfuris, quod graece θεῖον ἄπυρον dicitur ς 30 a senibus natu *C* 32 hic saltus ΗΠΙΑΗCIC ΚΑΙΟΝΑΤΙΗ *C* 33 declinationis q******** sunt quae *C* declinationis quaedam sunt quae ς

liter quartae sunt declinationis quae per syncopam a supradictis incorporalibus proferuntur, ut portatus portus, artatus artus, arcitus a verbo arceo arcus, laqueatus lacus; vultus quoque ipsa res esse videtur a verbo volo, quomodo a colo cultus. alia vero omnia supra dictae terminationis nomina 9
masculina secundae declinationis sunt, ut hic bonus huius boni, Homerus Homeri, ventus venti, quamvis videatur hoc quoque simile esse incorporali, quod a venio verbo nascitur, a quo composi||tum adventus; sanctus sancti, somnus somni. excipiuntur gradus, sinus, currus, ficus, vitium corporis, et tonitrus cornus, quae etiam neutra sunt in u desinentia, et unum tertiae declinationis, hic lepus huius leporis. nam penus et specus tam masculini quam feminini et neutri generis inveniuntur et secundae et tertiae et quartae declinationis, ut hic et haec penus huius peni et hoc penus penoris et hoc penum peni et hoc penu huius penu. similiter hic et haec specus 10
huius speci et hoc specus huius specoris et hoc specum huius speci et hoc specu huius specu. in us correptam desinentia feminina, si sint propria vel appellativa | Graeca in ος apud Graecos desinentia vel arborum nomina, secundae sunt declinationis, ut haec Tyrus huius Tyri, Cyprus Cypri, Arctus Arcti, Pylus Pyli, cupressus cupressi, arbutus, alnus. excipiuntur quinque, quae tam quartae quam secundae inveniuntur, ut quercus, laurus, pinus, cornus, ficus, et unum tertiae, Venus Veneris. alia vero in us correptam 11
desinentia feminina quartae sunt declinationis, ut haec manus huius manus, nurus, socrus, porticus, anus. excipiuntur alvus alvi, humus humi, et haec domus huius domi vel domus, et haec colus huius coli vel colus. neutra in us desinentia seu productam seu correptam tertiae sunt et in ris terminant genetivum, ut ius iuris, plus pluris, munus muneris, pondus ponderis, corpus corporis, pectus pectoris, maius, minus. excipiuntur 12
pelagus pelagi, quod Graecum est, et vulgus vulgi [quod masculinum est] et virus viri et pus indeclinabile. in us correpta. communia duo inveniuntur tertiae declinationis, ut hic et haec et hoc vetus veteris, Ligus Liguris, quod est gentile, et duo monosyllaba, quae producuntur in nominativo, ut hic et haec sus suis, grus gruis: nam mus muris epicoenon est, quod a Graeco μῦς mutavit υ in u longam. nullum enim Latinum masculinum in us productam desinit. Graeca igitur in us productam de||sinentia, si apud 13
Graecos in δος finiunt genetivum, apud Latinos δος in dis convertunt per eundem casum, ut ὁ *Οἰδίπους τοῦ Οἰδίποδος* hic Oedipus huius Oedipodis, ὁ *Μελάμπους τοῦ Μελάμποδος* hic Melampus huius Melampodis. Latina vero, quae in supra dictam syllabam us productam desinunt, sine dubio feminina sunt et tertiae declinationis, ut haec servitus huius servitutis, senectus, virtus, iuventus, tellus, salus, palus. sed et de eorum et aliorum

2 portatus portus, certatus certus, artatus artus ς 12 ut hic penus huius peni, et hoc penum huius peni et hoc penus huius penoris et hoc penu huius penu ς 15 feminina *om. C, add.* ες : *cf. Priscian. p.* 717 18 pilus pili *C*: pyrus ri, cupressus si, pylus li ς 27 quod et masculinum est ς: *cf. Priscian. p.* 722 29 hoc *ante* vetus *om. C, add.* ς 35 hic oedippus huius oedippodis *C* 37 dissinit *C*

p. 1304. 5 P. p. 465. 66 K.

nominum ultimis et paenultimis syllabis genetivorum latius in libro sexto
14 de nomine docuimus. in eus desinentia Graeca sunt et secundae declinationis, ut hic Tydeus Tydei, Orpheus Orphei, Oileus Oilei. in um omnia secundae declinationis sunt, ut hoc templum huius templi, Palladium Palladii.

15 Tertia declinatio habet terminales litteras decem, a e o c l n r s t x, ut *hoc toreuma hoc monile haec virgo*, hoc lac huius lactis, hic sol, hoc nomen, hic orator, haec civitas, hoc caput, hic et | haec et hoc felix. in a neutra et in e correptam et in o omnia tertiae sunt declinationis, ut hoc toreuma huius toreumatis, hoc monile huius monilis, sedile, ovile, hic
16 Cato, haec virgo, hic et haec homo. excipitur hoc cepe, quod aptoton est; dicitur tamen et haec cepa huius cepae. in c vel l vel n vel t vel x desinentia omnia tertiae sunt declinationis, ut hoc allec huius allecis (genus est piscis), consul consulis, Titan Titanis, sinciput sincipitis, fallax fallacis. in r desinentia, si non sint secundae declinationis, de qua superius docuimus, sine dubio tertiae sunt declinationis, ut hic Bostar huius Bostaris, agger aggeris, haec soror hic et haec felicior, hic et haec *et hoc*
17 memor, hoc laquear huius laquearis. in s vero desinentia quinque declinationibus flectuntur. per antecedentes igitur vocales ea discernamus. in as desinentia Latina quidem omnia tertiae sunt declinationis, Graeca vero quae in ος terminant genetivum apud Graecos, ut hic Maecenas huius Maecenatis, hic Arpinas huius Arpinatis, haec pietas huius pietatis, hic Atlas || huius Atlantis, haec Pallas huius Palladis. in es correptam omnia tertiae sunt declinationis, ut hic miles huius militis, haec seges huius segetis, hic
18 et haec et hoc teres huius teretis. in es productam desinentia Graeca quidem, quae genetivum Graecum in ους vel in εος terminant, tertiae sunt declinationis, ut ὁ *Ἑρμογένης τοῦ Ἑρμογένους* hic Hermogenes huius Hermogenis, ὁ *Ἐτεοκλῆς τοῦ Ἐτεοκλέος* hic Eteocles huius Eteoclis; Latina vero, si ante es i habuerint, quintae sunt declinationis, ut haec facies huius faciei, haec series huius seriei, haec dies huius dici. excipitur haec quies huius quietis, cuius compositum haec requies huius requietis et re-
19 quiei facit genetivum. alia vero omnia tertiae sunt declinationis, ut hic Vlixes huius Vlixis, hic verres huius verris, haec caedes huius caedis, haec nubes huius nubis, hic et haec heres huius heredis, hic et haec locuples huius locupletis. excipiuntur haec res huius rei, haec spes huius spei, fides fidei, plebes plebei, quod et plebs plebis dicitur. in is omnia tertiae sunt declinationis, ut hic collis huius collis, hic Samnis huius Samnitis, haec Neapolis huius Neapolis, haec lis huius litis, hic et haec utilis huius utilis, hic et haec dis ditis. in os quoque omnia Latina et in os pro-

3 oileus oilei ς oleus olei *C* 7 hoc toreuma — virgo *om. C* hoc toreuma tis, hoc monile lis, hic et haec virgo nis ς 16 hoc bostar huius bostaris ς 17 et hoc *om. C* 18 in es uero dissinentia *C:* in es uero desinentia quintae declinationis inueniuntur ς 27 ut o ηρμογηνης τογ ηρμογηνογς hic ermogines huius ermoginis o ετεοκλης τογ ετεοκλεογς *C*

ductam vel ys Graeca tertiae sunt declinationis, ut hic flos huius floris, hic nepos huius nepotis, haec dos huius dotis, hic et haec custos huius custodis, hic heros huius herois, haec Erinys huius Erinyis. sed de paenultimis eorum et aliorum omnium in sexto libro de nomine invenies latius, ut supra dictum est. in aes vel in aus diphthongos desinentia et omnia quae in duas consonantes desinunt tertiae sunt declinationis, ut hic praes huius praedis, hoc aes huius aeris, haec fraus huius fraudis, haec laus huius laudis, haec arx huius arcis, haec ars huius artis, hic mons huius montis.

Quarta declinatio duas habet terminationes, us et u; in us quidem masculinorum et femininorum, in u vero neutrorum, ut hic vultus huius vultus, haec manus huius manus, hoc genu huius genu. sed in us terminatorum regulam superius tractavimus, quando de secunda docebamus declinatione: in u vero desinentia neutra inveniuntur indeclinabilia in singulari numero, in plurali vero secundum quartam declinationem flectuntur.

Quinta declinatio unam habet terminationem in es productam, de qua superius ostendimus, quando de tertia dissere||bamus.

Primae declinationis genetivus et dativus singularis in ae diphthongon desinit, ut huius et huic poetae, accusativus in am, ut hunc poetam, vocativus et ablativus in a, ut o et ab hoc poeta, nominativus et vocativus pluralis in ae diphthongon, ut hi et o poetae, genetivus in arum, ut horum poetarum, dativus et ablativus in is, ut his et ab his poetis: differentiae causa notantur deabus filiabus natabus equabus asinabus mulabus animabus: accusativus in as, ut hos poetas. sciendum est tamen, quod in Graecis nominibus est quando Graecis utuntur terminationibus auctores per diversos casus tam singulares quam plurales * protulerunt.

Secundae declinationis genetivus in i desinit, ut hic magnus huius magni, dativus et ablativus in o productam, ut huic et ab hoc magno, accusativus in um, ut hunc magnum, nisi sint neutra, quorum accusativus ubique sequitur suum nominativum, ut hoc pelagus, hoc laquear: vocativus, quando nominativus in r vel in m desinit, similis erit ei, ut hic vir et o vir, hoc templum et o templum: quando vero in ius finitur, si sint propria nomina, abiecta us fit vocativus, ut hic Virgilius o Virgili, hic Terentius o Terenti. in aliis vero nominibus in us terminatis mutatione us in e fit vocativus, ut hic magnus o magne, socius o socie. invenitur unum

1 vel ys] uel ovc *C* 2 nepotis dos dotis custos custodis hic aeros huius aeroys haec acres huius aereis *C, correxit* ς 17 disserebamus, ut meridies ei. haec dicenda sunt de obliquis casibus quintae declinationis . primae ς disserebamus , ut meridies meridiei. hinc de obliquis casibus quinque declinationum docebimus *Ald. in C unius versus spatium quasi rubricae ponendae causa relictum est* 22 poetis feminina mobilium duum generum quae naturaliter mobilia differentiae causa notantur deabus filiabus natabus equabus mulabus animabus ς 25 est quando ς et quando *C* 26 quam plurales ut huius familias genitiuo casu latine autem huius familiae. Secundae ς. *videntur excidisse exempla Graecarum terminationum, de quibus in casibus obliquis primae declinationis dixit Priscianus p.* 729 *sqq.* 34 nominibus] omnibus ς

p. 1307. 8 P. p. 468. 69 K.

filius o fili et o filie duplici prolatum vocativo. veteres tamen aliquando vel metri vel euphoniae causa nominativis utuntur pro vocativis. in eus desinentia Graeca sunt tantum et vocativum servant Graecum, quomodo || et accusativum; et hoc frequentissime in omnibus *Graecis* nominibus, quomodo dixi-
26 mus *superius*, *invenies* in multis fieri casibus. nominativus et vocativus plurales secundae declinationis per i finiuntur, ut hi et o magni. neutra autem tam eius quam aliarum declinationum, in quibus inveniuntur, nominativum et accusativum et vocativum pluralem in a terminant, quomodo et apud Graecos. genetivus ablativo singulari addita rum profertur, ut ab hoc magno horum magnorum, dativus et ablativus in is, ut his et ab his magnis, accusativus in os, ut hos magnos.

27 Tertiae declinationis genetivus in is correptam exit, ut hic rex huius regis, dativus in i, ut huic regi, accusativus in plerisque in em, ut hunc regem, in paucis vero in im, ut hunc Tiberim, hanc restim puppim turrim sitim, de quibus in septimo libro de nomine latius exposuimus. vocativus similis est nominativo, ut hic rex et o rex. in Graecis autem nominibus licet et vocativo esse Graeco, sicut supra dictum est, ut *o* Tiberi pater. ablativus in quibusdam per e correptam, ut ab homine, in quibusdam per
28 i, ut a Tiberi, in quibusdam per e et per i, ut a felice vel a felici. nominativus et accusativus et vocativus pluralis tertiae declinationis in es productam desinunt, ut hi et hos et o reges. in quibusdam autem accusativus etiam in is finitur, ut hos et has omnes et omnis. genetivus plerumque in um non antecedente i, ut a rege regum, in quibusdam autem antecedente i, ut horum montium, de quibus in septimo libro de nomine docuimus; dativus et ablativus in bus, ut his et ab his regibus.

29 Quartae declinationis genetivus in us productam desinit, ut hic senatus huius senatus, dativus in ui, ut huic senatui, accusativus in um, ut hunc senatum, vocativus similis est nominativo, ut o senatus, ablativus in u productam, ut ab hoc senatu. eiusdem declinationis nominativus pluralis et accusativus et vocativus in us productam, ut hi et hos et o senatus, genetivus in uum, ut horum senatuum, dativus et ablativus in bus, ut his et ab his || senatibus.

30 Quintae declinationis genetivus et dativus singularis in ei divisas syllabas proferuntur, ut huius et huic rei, accusativus in em, ut hanc rem, vocativus similis est nominativo, ut o res, ablativus in e productam, ut ab hac re. nominativus et accusativus et vocativus pluralis eiusdem declinationis in es productam exeunt, ut hae et has et o res, genetivus addita rum syllaba ablativo singulari, ut ab hac re harum rerum, dativus et ablativus in bus, ut his et ab his rebus.

4 in omnibus Graecis nominibus quomodo diximus superius inuenies in multis ς in omnibus nominibus quomodo diximus in multis *C* 8 terminant ς terminantia *C* 15 in septimo libro] *p.* 757 *sqq.* 17 esse] uti ς o *om. C, add.* ς 21 desinunt ς dissinit *C* 23 non i antecedente ut *C* 24 in septimo libro] *p.* 770 *sqq.*

Et haec quidem compendii causa ad instituendos pueros sufficiat in praesenti dixisse. perspicaciorem autem regularum rationem tam paenultimarum quam ultimarum syllabarum, quae ad omnium pertinent nominum declinationem, in septem libris, quos de nomine scripsimus diligentius, invenire licet, et maxime in sexto et septimo, qui de nominativo et obliquis casibus compositi multorum testimoniis nituntur auctorum.

Pronomina, de quibus nulla dubitatio est, sunt apud Latinos quinde- II 31
cim. primitiva quidem octo haec sunt, primae personae unum, ut ego, et secundae unum, ut tu, tertiae vero sex, sui ille ipse hic iste is; derivativa septem, meus tuus suus noster vester nostras vestras. habent igitur primitiva duas declinationes, derivativa vero tres. et una quidem primitivorum est declinatio, quae tam genetivum quam dativum in i terminat, accusativum et ablativum in e productam, ut ego tu, mei tui sui, mihi tibi sibi, me te se, a me a te a se. vocativum enim secunda tantum habet 32
persona, qui similis est nominativo, ut o tu. pluralia vero primae et secundae personae similiter declinantur (nam tertiae personae pronomen supra positum, id est sui, quod nominativum non habet, commune est utriusque numeri), nos vos, nostrum vel nostri, vestrum vel vestri, nobis vobis. in plurali autem numero secunda tantum persona habet vocativum, qui similis est nominativo et accusativo, ut o vos. ideo autem sui nominativum non habet, quia nec apud Graecos αὑτοῦ vel ἑαυτοῦ, huius sui. hoc autem in libro qui est || secundus de pronomine latius tractavimus. altera vero 33
declinatio in reliquis quinque primitivis, quorum genetivus in ius | et dativus in i desinit per tria genera; accusativus autem et ablativus singularis et omnes casus plurales in masculino quidem et neutro secundae declinationis nominum terminationes servant, in feminino vero primae, ut ille illius illi, illa illius illi, illud illius illi, illum illam illud (necesse est enim neutra nominativum et accusativum similem habere), ab illo ab illa ab illo. notandum est tamen, quod hic et haec et hoc huius huic dativum semper in c terminant differentiae causa propter hui interiectionem. ex 34
septem autem derivativis quinque quidem secundum mobilium regulam nominum declinantur, id est masculinum et neutrum secundae declinationis sunt, femininum vero primae, ut sunt haec, meus tuus suus noster vester. reliqua vero duo communia sunt et tertiae sunt declinationis, ut hic et haec nostras vestras, huius nostratis vestratis. inveniuntur tamen novem 35
nomina mobilia, quae quia declinationem pronominum habent, inter pronomina quidam posuerunt, ut quis quae quod cuius cui, unus una unum unius uni, ullus ulla ullum ullius ulli, nullus nulla nullum nullius nulli, solus sola solum solius soli, totus tota totum totius toti, alius alia aliud

1 sufficiant *C* 11 derivativa duas ς. *tres positae esse videntur declinationes propter* quis *vel* qui *pronomen, quamvis quattuor omnino in pronominibus esse modos declinationum dixerit Priscianus p.* 955. 1259 : *cf. p.* 1268 22 in libro qui est secundus] *p.* 956 *sq.* 30 ex septem ς A septem *C* 33 et sunt haec ς 37 quis uel qui quae quod uel quid ς

alius alii, uter utra utrum utrius utri, alter altera alterum alterius alteri. similiter declinantur quaecumque ex his componuntur. excipitur hic neuter
36 huius neutri; vetustissimi tamen et neutrius protulisse inveniuntur. quis vel qui accusativum in em terminat, ut quem, et ablativum tam in o quam in i, ut a quo vel a qui, et dativum et ablativum pluralem tam in is quam
37 in bus, ut a quis vel a quibus. quidam tamen omnia infinita vel interrogativa vel relativa vel redditiva substantiae vel quantitatis vel qualitatis vel numeri significativa pronomina esse putaverunt, ut quis qui, qualis talis, quantus tantus, quot tot, et quae ex his composita sunt seu derivata. sed pronomina esse non possunt, quia finitas personas non habent, quod proprium est pronominis cum casu coniuncti.

III 38 Omnia verba, quae secundum analogiam declinantur, in o vel in or desinunt et habent coniuga|tiones quattuor. prima igitur est coniugatio, cuius prima persona in o desinens mutat eam in as productam et facit secundam, ut amo amas. secunda vero coniugatio est, quae eo primae personae in es *productam* convertit in secunda, quae semper *in* ea coniugatione una syllaba minor est, ut doceo doces. tertia coniugatio *est*, quae in io quidem desinens in prima persona abiecta o adsumit s et mi-
39 nuitur una syllaba in secunda persona, ut facio facis: alia vero verba quacumque littera antecedente o in is brevem convertunt, ut veho vehis, ruo ruis, lego legis. quarta coniugatio primam personam in io vel in eo finit eisque in is productam transversis facit secundam minorem una syllaba, ut audio audis, eo is. s vero finali secundae personae in t conversa fit tertia persona in omni coniugatione, vocali tamen correpta ante t, ut amas amat, doces docet, legis legit, audis audit, is it. interposita vero mu [in] eadem secunda persona servans s facit primam pluralem, ut amas amamus, doces docemus, legis legimus, audis audimus. ti vero interposita secundam facit pluralem, ut amas amatis, doces docetis, legis legitis, audis auditis. tertia vero pluralis in prima quidem et secunda coniugatione interposita tertiae singulari n solet fieri, ut amat amant, docet docent; in tertia vero et quarta primae personae o finalem in unt convertentes facimus tertiam pluralem, ut facio faciunt, lego legunt, audio audiunt, eo
40 cunt. praeteritum imperfectum pri||mae quidem et secundae coniugationis a secunda persona abiecta finali s et adiecta bam proferimus, ut amas amabam, doces docebam. similiter fit in verbis quartae coniugationis in eo desinentibus, ut eo is ibam. in aliis omnibus quartae coniugationis et tertiae primae personae o finalem in e productam convertimus et adsumpta bam facimus praeteritum imperfectum, ut facio faciebam. licet autem et maxime poetis per syncopam in quarta coniugatione audibam et munibam

4 in em terminat ς in m terminant *C* 7 relatiua ς praelatiua *C* 10 proprium est pronominis significare certam personam cum casu coniunctam ς 11 coniunctum *corr.* —ti *C* 16 productam *om. C. add.* ς in *ante* ea *om. C, add.* ς 17 est *om. C, add.* ς 23 conuersa ς conuerso *C* 34 et abiecta bam *C* et addita bam ς

dicere et similia. eandem autem habet declinationem praeteritum imper- 41
fectum in omni coniugatione, quam habet primae coniugationis praesens
tempus, et omnia quae | in as secundam personam faciunt, cuiuscumque
sint temporis vel modi vel coniugationis, similiter declinantur, ut amo amas
amat amamus amatis amant, amabam amabas amabat amabamus amabatis
amabant, amaveram amaveras amaverat amaveramus amaveratis amaverant;
optativi futurum et praesens coniunctivi secundae tertiae *et quartae coniu-* 42
gationis, legam legas legat legamus legatis legant. in es quoque desinentia
in secunda persona, cuiuscumque sint temporis vel modi vel coniugationis,
secundum praesens tempus indicativi modi secundae coniugationis declinan-
tur, ut doceo doces docet docemus docetis docent, amarem amares amaret
amaremus amaretis amarent, amem ames amet amemus ametis ament,
legerem legeres legeret legeremus legeretis legerent. in is vero terminata 43
secunda persona tertiae coniugationis declinationem, quam habent in prae-
senti tempore, servant, ut lego legis legit legimus legitis legunt, amabo
amabis amabit amabimus amabitis amabunt, docebo docebis docebit doce-
bimus docebitis docebunt, ibo ibis ibit ibimus ibitis ibunt. illud autem
notandum est, quod in subiunctivis tertia persona pluralis non convertit i
in u, ut amaverim vel amavero amaveris amaverit amaverimus amaveritis
amaverint. et in anomalis quidem sis et velis tam finalis secundae per-
sonae quam paenultima primae pluralis et secundae syllaba producitur, ut
sim sis sit simus sitis sint, velim velis velit velimus velitis velint; in || aliis
vero rarissime. igitur omnia tempora in omni coniugatione in omnibus 44
modis absque imperativo et absque praeterito perfecto indicativo apparet
trifarie declinari secundum praesens tempus trium coniugationum. et omne
quidem praeteritum imperfectum et plusquamperfectum secundum primae
coniugationis praesens tempus declinantur, ut amabam amabas amabat
amabamus amabatis amabant, amaveram amaveras amaverat amaveramus
amaveratis amaverant, docebam docebas docebat, *docueram docueras do-*
cuerat, legebam legebas legebat, legeram legeras legerat, audiebam au-
diebas audiebat, audieram audieras audierat. similiter secundae et tertiae 45
et quartae coniugationis futurum optativum et praesens subiunctivum se-
cundum primae coniugationis secundam personam declinantur, ut doceam
doceas doceat, legam legas legat, audiam audias audiat. secundum autem
praesens secundae coniugationis declinantur futurum indicativi in tertia et
quarta coniugatione, ut legam leges leget, audiam audies audiet, et omne
prae|sens et praeteritum imperfectum optativi et imperfectum subiunctivi

7 coniunctiui tertiae coniugationis et quartae legam ς et quartae coniuga tionis *om. C, add. Ald.* 10 secundae coniugationis ς secundae declinationis *C* 14 secunda persona ς secundae personae *C* 23 igitur omnia tempora in omni coniugatione DE EADEM COGNATIONE indicatiuo apparet absque imperatiuus (*corr.* imperatiuo) in omnibus modis et absque praeterito perfecto trifarie declinari secundum praesens *C* igitur omnia tempora in omni coniugatione indicatiuo apparent et in omnibus modis absque praeterito perfecto et absque imperfecto trifariae declinationis etiam praesens ς 29 docueram docueras docuerat *om. C, add.* ς.

et plusquamperfectum utriusque, ut amarem amares, docerem doceres, legerem legeres, audirem audires, amavissem amavisses, docuissem do-
46 cuisses, legissem legisses, audissem audisses; similiter optativum futurum sive subiunctivum praesens primae coniugationis, ut amem ames amet. tertiae coniugationis declinationem, quam habet praesens indicativi, futurum primae et secundae coniugationis servat, ut amabo amabis amabit, docebo
47 docebis docebit; similiter quartae in eo desinentis, ut ibo ibis ibit; similiter subiunctiva praeteriti perfecti et futuri universarum coniugationum, ut amaverim et amavero amaveris, docuerim et docuero docueris, legerim et legero legeris, audierim et audiero audieris.

His igitur generalibus trium coniugationum declinationibus collectim tibi expositis de praeterito quoque perfecto generaliter doceamus. omnis praeteriti perfecti prima persona in i desinit, ut amavi, cuius de paenultimis litteris vel syllabis in libro secundo verbi de praeterito la||tius disseruimus. haec adsumpta sti facit secundam personam, ut amavisti docuisti legisti audivisti; t vero adsumpta, sed correpta i, tertiam facit personam,
48 ut amavit docuit. similiter per correptam i et adsumpta mus facit primam pluralem, ut amavimus docuimus; stis vero addita secundam facit pluralem, ut amavistis docuistis; in tertia vero plurali mutat i in e productam et adsumit runt vel re, ut amaverunt vel amavere.

Plusquamperfectum in omni coniugatione a praeterito perfecto fit i finali in e brevem conversa et adsumpta ram, ut amavi amaveram, audivi vel audii audiveram vel audieram.

49 Futurum quidem primae et secundae coniugationis a secunda persona abiecta s et addita bo solet fieri, ut amo amas amabo. idem fit in verbis quartae coniugationis in eo desinentibus, ut eo is ibo. tertiae vero coniugationis omnium verborum futurum et quartae in io desinentium fit a prima persona praesentis o finali conversa in am, ut lego legam leges, audio audiam audies. et notandum est, quod in nullo alio modo invenies in prima persona ante m litteram vocalem, quae in aliam trans|eat in secunda, nisi in supra dicto futuro.

50 Omnis secunda persona imperativi modi praesentis temporis a secunda persona fit indicativi abiecta s; in tertia vero coniugatione etiam i in e correptam convertitur, *ut amas ama, doces doce, legis lege, audis audi. ideo autem i in e convertit tertia,* quia debens servare tempus, quod habuit secunda indicativi persona, non poterat finalem i corripere: in omni enim
51 verbo i in fine posita producitur. tertia vero eiusdem imperativi persona fit a prima indicativi o finali in prima quidem coniugatione in et, in aliis vero in at conversa, ut amo amet, doceo doceat, lego legat, audio audiat. haec autem eadem tertia persona abiecta t, sed producta e vel a et ad-

11 His de generalibus ς 24 a secunda persona praesentis indicatiui modi ς 34 ut amas — convertit tertia *om. C, add.* ς 36 poterat ς pote| *C* 39 conuersa ς conuerso *C*

sumpta mus, facit suam primam pluralem, ut amet || amemus, doceat doceamus, legat legamus, audiat audiamus; secunda vero pluralis a singulari sua fit adiecta te syllaba, ut ama amate, doce docete, lege legite, audi audite. et nota, quod in tertia coniugatione e finalis, quae loco i cor- 52
reptae ponitur, in plurali numero eiusdem personae in paenultimo loco, in quo licet i correptam inveniri, redit in i, lege legite. tertia autem pluralis imperativi modi in omni coniugatione a singulari sua fit interposita n littera, ut amet ament, doceat doceant, legat legant, audiat audiant. futurum imperativi secundae et tertiae personae commune est et fit adiecta
secundae personae praesentis temporis to syllaba, ut ama amato, doce doceto, lege legito, audi audito. hic quoque notandum est, quod e fina- 53
lis in i redit in paenultima syllaba propter supra dictam rationem. lege legito. huic addentes te syllabam facimus secundam pluralem, ut amato amatote, doceto docetote. tertia vero pluralis futuri imperativi a tertia
plurali praesentis indicativi in omni coniugatione fit adiecta o, ut amant amanto, docent docento, legunt legunto, audiunt audiunto, eunt eunto.

Optativi modi praesens et praeteritum imperfectum in omni coniuga- 54
tione a secunda persona imperativi fit adsumente rem, ut ama amarem, doce docerem, lege legerem, audi audirem. praeteritum vero perfectum
et plusquamperfectum eiusdem modi fit a praeterito perfecto indicativi adsumente s et sem, ut amavi amavissem, docui docuissem, legi legissem, audi'vi audivissem. futurum optativi facimus primae personae indicativi o in em convertentes in prima coniugatione, in aliis vero in am, ut amo amem, doceo doceam, lego legam, audio audiam. futuro quoque optativi 55
simile est praesens subiunctivi, cum amem doceam legam audiam. praeteritum quoque imperfectum subiunctivi simile est praesenti et praeterito imperfecto optativi, ut cum amarem docerem legerem audirem. praeteritum perfectum subiunctivi a praeterito perfecto indicativi fit, quod mutat i finalem in e correptam et adsumit rim, ut amavi amaverim, docui do-
cuerim, legi legerim, audivi audiverim. idem est et futurum eiusdem || modi prima tantummodo persona mutante im in o, ut amaverim amaveris amaverit amaverimus amaveritis amaverint, amavero amaveris amaverit; simi- 56
liter docuerim docuero, legerim legero, audierim audiero. plusquamperfectum subiunctivi simile est praeterito perfecto et plusquamperfecto optativi, ut utinam amavissem, cum amavissem, docuissem legissem audivissem.

Infinitiva in omni coniugatione fiunt praesentis temporis secundae personae imperativi addita re, ut ama amare, doce docere, lege legere, audi audire. praeteritum a praeterito perfecto et plusquamperfecto optativi
abiecta m fit, ut amavissem amavisse, docuissem docuisse, legissem legisse, audivissem audivisse vel audiissem audiisse; futurum vero per supinum in 57

11 hicque notandum est *C* hoc quoque notandum est ς 13 huic ς hic *C*

um desinens et verbum ire, ut amatum ire, doctum ire, lectum ire, auditum ire, vel per participium futurum neutrum et esse, ut amaturum esse, docturum esse, lecturum esse, auditurum esse.

Participialia vel supina, quae tres casus videntur habere et loco infinitivi cum articulo coniuncti apud Graecos accipiuntur, nascuntur a participio praesentis temporis s in d conversa et addita i vel o vel um, ut
58 amans amandi amando amandum. sunt et alia duo, quae ad formam participii praeteriti temporis desinunt in um vel in u, ut amatum amatu. sed hoc interest inter amandum et amando et inter amatum et amatu, quod amandum necessitatem amoris significat, amatum autem itionem ad amare.
59 similiter est et amando in ipso amore, amatu vero pro amatione vel pro amore, id est pro ipsa re, accipitur. et | haec manifestat etiam ipsa interpretatio Graeca, quod superiora infinitivorum non solum cum articulo sed etiam cum praepositione vim habent, ut 'in hoc faciendo' ἐν τῷ ποιεῖν, 'ad hoc
60 faciendum' πρὸς τὸ ποιεῖν καὶ ποιητέον, faciendi pro 'oportet facere'. sequentium vero alterum cum praepositione Graeca et articulo infinitivum significat, ut venatum εἰς τὸ κυνηγετῆσαι, vel magis pro ipsa re ad locum accipitur, venatum pro ad venationem, quomodo et venatu pro venatione, [sicut miserabile visu pro visione] ut 'nec visu facilis' 'nec dictu affabilis' pro visione et dictione. || multis igitur modis, sicut et in aliis docuimus locis, nomina sunt haec accipienda magis quam verba. unde et praepositiones inveniuntur ante ea quae in dum desinunt, qui est accusativus, vel in do, qui est ablativus, positae, ut ad amandum vel in amando.

61 Passiva verba ex activis fiunt hoc modo: omnia activa cuiuscumque coniugationis in quocumque tempore vel modo vel persona in o desinentia adsumunt r et faciunt passiva sua, ut amo amor, amabo amabor, amato amator, amanto amantor, doceo doceor, docebo docebor, doceto docetor, docento docentor, lego legor, legito legitor, legunto leguntor, audio audior,
62 audito auditor, audiunto audiuntor. omnis secunda persona passiva in praesenti et in praeterito imperfecto et in futuro indicativi et optativi ab activa sua fit interposita ri; sed in tertia pro i paenultima e correptam habet: sed etiam ris in re conversa solet eadem secunda persona in omni coniugatione proferri, ut amas amaris vel amare, doces doceris vel docere,
63 legis legeris vel legere, audis audiris vel audire. quomodo autem docuimus in activo, sic et in passivo praesentis declinatio docet etiam reliquorum temporum absque praeterito *perfecto* et his quae ex hoc nascuntur per diversos modos declinationem, quae fit secundum unam ex tribus coniugationibus. tertia persona ab activa sua adiecta ur solet fieri, ut amat amatur, docet docetur, legit legitur, audit auditur. sed paenultima in

10 autem initionem ad amare *C* initiationem ad amorem ς 17 EICTOENPOTHCCAI *delctis* EN *litteris C*, *om.* ς 22 desinunt ς dissinit *C* 23 uel in amando ς : uel in amandum DE FORMATIONE UERBI PASSIUI Passiua *C* 37 perfecto *om. C, add.* ς

omnibus coniugationibus producitur excepta tertia. pluralis prima et se- 64
cunda persona a secunda persona activi abiecta s et addita mur et mini fiunt, ut amas amamur amamini, doces docemur docemini, legis legimur legimini, audis audimur audimini; et in omni coniugatione paenultima primae personae, antepaenultima vero secundae producitur syllaba absque ter|tia coniugatione. tertia vero persona pluralis ab activa sua fit adiecta ur, ut amant amantur, docent docentur, legunt leguntur, audiunt audiuntur. quae vero in m desinunt activa pri||mae personae per omnes coniu- 65
gationes et modos in praesenti et in praeterito imperfecto vel in futuro m in r convertentia faciunt passivum (nam praeteritum perfectum et plusquamperfectum per participia declinantur in passivis), ut amabam amabar, amarem amarer, docebam docebar, docerem docerer, legebam legebar, legerem legerer, audiebam audiebar, audirem audirer, amem amer, doceam docear, legam legar, audiam audiar. ceteras vero personas secundum 66
praedictas regulas declinamus. omne praeteritum perfectum et plusquamperfectum passivorum vel similium passivis per participium praeteriti temporis et per sum verbum declinantur. passiva imperativa secundae personae in omni coniugatione similia sunt infinitivis activis, ut amare docere legere audire. tertia vero a tertia sua verbi activi fit addita ur, ut amet 67
ametur, doceat doceatur, legat legatur, audiat audiatur. pluralia vero secundum tertiae personae terminationem aequaliter terminantur addita m pro t in prima et in tertia persona interposita n, ut ametur *amemur* amentur. nam secunda persona imperativi similis est indicativi secundae, quomodo et apud Graecos, ut amamini docemini legimini audimini. haec enim tam indicativo quam imperativo modo similiter proferuntur, idque comprobat usus: Terentius in Phormione

tum igitur, dum licet dumque adsum, loquimini mecum,
Antipho,
contemplamini me;

et in eodem 'vultum contemplamini'; idem in Eunucho 'vos me sequimini': Sallustius in Catilinario 'expergiscimini aliquando et capessite rem publicam'; et idem in Iugurthino 'vos autem, Adherbal et Hiempsal, colite et observate talem hunc virum, imitamini virtutem et intuemini'. futurum imperativi se-

1 excepta ς excepto *C* 4 legimini Sic audis *C* 22 amemur *om. C, add.* ς 26 in Phormione] III 3, 16 27 loquemini *codex Parisinus* 7560 mecum in antipho et contemplamini me in eodem uultu idem *C* mecum pro antipho contemplamini me in eodem uultu idem *codex Parisinus* 7560 mecum in antipho contemplamini me in eodem contemplamini me uultu. Idem *codex Parisinus* 7559 mecum et idem et contemplamini me eodem uultu et idem ς 30 in eodem] I 4, 32 in Eunucho] III 2, 53 uos *om. codex Parisinus* 7560 31 in Catilinario] *c.* 52 32 in Iugurthino] *c.* 10 uos autem aduerba latemini sal colite *C* uos autem aduerbiasa latieri sal colite *codex Parisinus* 7560 uos autem plublice aduerba latemini salcholite *codex Parisinus* 7559 34 uirtutem et tuemini . audient *codex Parisinus* 7559 uirtutes et enitimi ne ego meliores liberos sumpsisse uidear quam genuisse ς

cundum praedictam regulam fit ab activo in o desinente addita r, ut amato
68 amator, doceto docetor, legito legitor, audito auditor. similiter in tertia plurali, amanto amantor, docento docentor, leguntо leguntor, audiunto audiuntor. secunda vero persona a secunda in ||dicativi mutatione i finalis in or fit, ut amamini amaminor, docemini doceminor, legimini legiminor,
69 audimini audiminor. omnium modorum praeteritum perfectum et plusquamperfectum, sicut supra dictum est, per participium praeteriti temporis et sum verbi declinationem profertur, ut amatus sum, amatus fui, amatus eram fueram, amatus essem fuissem, amatus sim fuerim; subiunctivi vero futurum sic est, amatus ero fuero. infinitiva passiva ab activis fiunt hoc modo, mutatione e finalis in i absque tertia coniugatione (in illa enim abiecta re extrema syllaba paenultima e in i convertitur), ut amare amari,
70 docere doceri, legere legi, audire audiri; praeteritum vero per participium neutri generis et verbum esse vel fuisse fit, ut amatum esse vel fuisse, doctum esse vel fuisse, lectum esse vel fuisse, auditum esse vel fuisse; futurum per participium simile et per iri verbum, ut amatum iri, doctum iri, lectum iri, auditum iri.

Omne participium praesentis quidem temporis in ns desinit. et in prima quidem et secunda coniugatione fit interposita secundae personae n, ut amas amans, doces docens; in tertia vero et quarta *a* prima persona fit conversa o in ens, ut lego legens, audio audiens. excipitur eo et queo, quae euphoniae causa iens pro eens et quiens pro queens faciunt et ge-
71 netivo euntis pro ientis, queuntis pro quientis. omne participium praeteriti temporis t vel s vel x habet ante us, ut amatus laesus fixus. excipitur mortuus. omne participium futuri in rus vel in dus desinit, ut amaturus amandus. nomina verbalia plerumque a participio praeteriti fiunt mutata finali us in or, ut amatus amator, doctus doctor. in tor vero desinentia mutant eam in trix et faciunt femininum, ut amator amatrix, doctor doctrix,
72 lector lectrix, auditor auditrix. rerum quoque incorporalium vocabula plerumque praeteriti temporis participiis similia inveniuntur, sed quartae declinationis, ut iudicatus monitus habitus auditus. fiunt etiam a genetivo supra dicti participii addita o, correpta i, ut coniunctus coniuncti coniunctio, ratus | rati ratio, paenultima correpta. est tamen quando participiis futuri temporis femininis in ra desinentibus similia sunt, ut scriptura pictura armatura. est quando in um etiam desinunt vel in || or, ut factum dictum labor amor. in o desinentia omnia activorum regulam servant, in or vero passivorum, de quorum speciebus in tribus libris, quos de verbo scripsimus, latius dissertum esse invenies.

4 finalis ς finali *C* 9 subiunctivi — 10 est *post* 8 profertur *habet C* 20 a *ante* prima *om. C, add.* ς 22 quae ς quia *C*

PRISCIANI

PARTITIONES

DVODECIM VERSVVM AENEIDOS

PRINCIPALIVM.

C codex Parisinus 7498
G codex Guelferbytanus Gudianus 132
S codex Leidensis Vossianus 33. 4
s eiusdem codicis manus secunda
L codex Leidensis Vossianus 36 fol., ex quo pauca adscripta sunt
ς editiones interpolatae, ex quibus adhibitae sunt hae,
editio princeps (Veneta) a. 1470
editio Veneta a. 1472
editio Veneta a. 1492
editio Ascensiana Parisiis a. 1516
editio Aldina Venetiis a. 1527

PRISCIANI PARTITIONES DVODECIM VERSVVM AENEIDOS PRINCIPALIVM.

p. 1215. 16 P. p. 271 75 K.

I.

ARMA VIRVMQVE CANO TROIAE QVI PRIMVS AB ORIS. 1

Versus genere uniformis, specie dactylicus, compositione simplex, nec similis pedibus, depositione terminalis in disyllabum, qui dividitur in caesuras per cola quidem in novem, per commata vero in duas, semiquinariam et semiseptenariam, per pedes in quinque. Quid est genere uniformis? Quia generalia metra no|vem sunt, id est dactylicum, anapaesticum, iambicum, trochaicum, choriambicum, paeonicum, ionicum a maiore, ionicum a minore, antispasticum; et sunt in quibusdam generibus diversae species versuum, ut choriambicum Asclepiadeum ex spondeo et duobus choriambis et pyrrichio, choriambicum Glyconium ex spondeo choriambo et pyrrichio: similiter alia huius generis plura inveniuntur metra, ut est illud Horatianum 2

Lydia dic per omnes,

quod habet choriambum et bacchium: dactylicum vero uniforme est. Quid est specie dactylicus? Quia legitimos pedes dactylos accipit et spondeos, qui in dactylos resolvuntur ratione temporum. Quid est compositione simplex? Quia sunt versus ex diversis generibus metrorum compo||siti, quales invenies apud Horatium et alios lyricos mixtos ex dactylis et iambis, ut est apud Flaccum 3

scribere versiculos amore percussum gravi

(est enim penthemimeris heroica cum dimetro iambico): heroicus vero simplex est compositione, id est a pedibus unius speciei componitur. Quid est nec similis pedibus? Quia licet vel dactylos vel spondeos ponere. Quid 4

3 PRISCIANI. G. PARTITIONES XII UERS AENEID PRINCIPALIUM *G* INCIPIT TRACTATUS PRISCIANI GRAMMATICI DE DUODECIM UERSIBUS AENEIDA PRINCIPALIBUS *C* INCIPIUNT LIBELLI DUODECIM PRISCIANI GRAMMATICI DE DUODECIM UERSIBUS UIRGILII AD PUEROS *S* 4 nec similibus pedibus *G* 6 κόμμα graece dicitur incisum uel adbreviatum, unde commaticus liber vocatur adbreviatus *L* 12 gliconicum *G* 13 ut est illud — 16 bacchium *om. S* : ut est *G* ut etiam *C* 14 Horatianum] *carm.* I 8, 1 17 quia *CS* qui *G* 18 quid est uel compositione ratione simplex *C* 21 apud Flaccum *om. S* : *Horat. epod.* 11, 2 22 amaiore *S* percussus *CGS* perculsum ς graue *S* 24 id est — componitur *om. S* 25 nec similibus pedibus *G*

est depositione terminalis in disyllabum? Catalecticos dicunt, quibus deest in fine aliquid, acatalectos, quibus nihil deest. heroicus autem, qui legitimos habet dactylos, | qui trisyllabi sunt, ideo in disyllabum vult desinere et minuit in fine unam syllabam, ne sit impedimento sequenti versui, quin celeriter incipiat. praeterea dicuntur hypercatalecti, quibus abundat una vel duae syllabae, ut novenarium Pindaricum, quod, cum sit dimetrum iambicum, habet tamen unam syllabam plus in fine: Horatius

silvae laborantes geluque.

brachycatalecti dicuntur in iambicis et similibus, quibus deest una vel duae syllabae, ut est senarium iambicum colobon, ut Horatius

mea renidet in domo lacunar.

per cola divisio separat integras partes orationis, per pedes vero secundum metri rationem, et per commata similiter. commata autem sunt tria, tertia tro|chaica, semiquinaria et semiseptenaria. quarta enim bucolica magis passio est, sicut hemiepes et quarta trochaica et quae inveniuntur per singulos pedes. caesurae vero cursum et rythmum leviorem solent facere, et necesse est vel unam vel duas caesuras in versu inveniri. nam tres rarissime | possunt in eodem versu esse. nam si semiquinariam habet, *tertiam* trochaicam habere raro potest, nisi quando monosyllaba intersit dictio, ut

munera clara dedit, dat et idem debita patri.

et e contrario, si tertiam trochaicam habet, semiquinariam habere raro potest. per pedes in quinque dividitur hic versus caesuras, quia sex pedes quinque habent interruptiones. Quot figurarum est heroicus versus? Triginta et duarum. Quomodo? Quia quinque dactylos vel quinque spondeos habentes unius sunt figurae. quattuor vero dactylos et unum spondeum habentes quinque faciunt figuras, et e contrario ex quattuor spondeis et uno dactylo quinque figurarum est. unus enim inter quattuor mutans loca quinque facit figuras. sic et duo spondei inter tres dactylos et duo dactyli inter tres spondeos mutantes loca denas faciunt figuras. habemus igitur tres modos, et primus singulas figuras habet ex quinque similibus: pone igitur duas figuras. secundus, qui *est* ex quattuor et uno, quinas: pone et hic decem figuras. tertius modus est ex duo|bus et tribus diversis commutatis, in quo denae inveniuntur figurae: adde etiam viginti. omnes igitur sunt triginta et duae figurae. et ut scias etiam aliam rationem numeri figurarum, in omni metro computa, quot pedes accipiunt singula loca et

4 inpedimentum sequenti uerbo *S* 5 praeterea — 11 lacunar *om. S* 7 Horatius] *carm.* I 9 3 10 colofon *C* colophon *G* colophonium *Putschius* Horatius] *carm.* II 18, 2 11 redimet *C* domu *G* 15 hemiepes *G* hemipes *C* et semipes *S* et quarta trochaica *delevit s* et tertia trochaica *G* 16 cursum et rythmum *C* uersum et rithmum *G* cursum et *S* 17 rarissime *CG* numquam *S* 18 tertiam *om. CGS* 19 habere non potest et e contrario *S* nisi *om. C* 21 raro *CG* non *S* 24 quia quinque dactylos habentes unius sunt figurae et e contrario quinque spondeos habentes quinque faciunt figuras similiter quattuor dactylos *S* 28 sic — 29 figuras *om. S* 31 est *om. CGS* 33 adde — *p.* 466, 36 non a cano nasci *quattuor schedis amissis perierunt in G* 35 computabo *S*

p. 1218. 19 P. p. 278. 79 K.

multiplica numerum pedum quos accipiunt singula loca priora et numerum pedum quos accipiunt loca sequentia. ut in heroico primus locus accipit duos pedes, hoc est dactylum et spondeum, similiter secundus duos; bis duo, quattuor: tertius similiter duos; bis quattuor, octo: quartus quoque duos; bis octo, sedecim: et quintus duos; bis sedecim, triginta et duo. et in iambico similiter primus locus accipit quinque pedes, secundus tres; ter quinquè, quindecim: tertius quoque quinque; quinquies quindecim, septuaginta et quinque: quartus tres; ter septuaginta et quinque, ducenti viginti quinque: quintus quinque; quinquies ducenti viginti quinque, mille centum viginti quinque. sic in omni metro, in quo diversorum pedum sunt eadem loca capacia, ut in anapaestico et trochaico, hac ratione figuras potes invenire. nam in illis metris, in quibus singula loca fixos habent pedes, id est singulos, unius sunt figurae, ut in Asclepiadeo ac Sapphico hendecasyllabo et similibus.

Scande versum. Arma vi rumque ca no Tro iae qui primus ab oris. 9
Quot caesuras habet? Duas. Quas? Semiquinariam et semiseptenariam. Quomodo? Semiquinariam arma virumque cano, et semiseptenariam arma virumque cano Troiae. Quot habet figuras? Decem. Quare? Quia constat ex tribus dactylis et duobus spondeis. Quot partes orationis habet iste versus? Novem. Quot nomina? Sex, arma virum Troiae qui primus oris. Quot 10
verba? Vnum, cano. Quot praepositiones? Vnam, ab. Quot coniunctiones? Vnam, que. Tracta singulas partes.

Arma quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius est speciei? Generalis. Cuius generis? Neutri. Cur neutri? Quia omnia nomina, quae in plurali numero in a desinunt, sine dubio neutri sunt generis. Cur singulare eius in usu non est? Quia multas et varias res hoc nomen significat: arma enim dicuntur instrumenta non solum bellica sed etiam omnia, ut Virgilius de agrestibus in primo libro geòrgicon

dicendum, duris quae sint agrestibus arma.

nau||tarum | quoque instrumenta et pistorum arma dicuntur: Virgilius in quinto Aeneidos

colligere arma iubet validisque incumbere remis;

idem in primo Aeneidos

1 multiplica numerum quem accipiunt *C* multiplici ••• (multipliciter *s*) quidem accipiunt *S* 14 endecasillabo uel excedecasyllabo et in similibus *S* 16 Quot caesuras — 18 Troiae *post* 19 spondeis *habet S* 19 VIIII *Δ* ostende. *M* arma uirumque cano troiae qui primus ab horis. *Δ* quot *S* 23 *post* nomen *in S addita est definitio nominis et eorum quae accidunt nomini, quam definitionem C habet p.* 464, 32. Quid est — *p.* 465, 5 non invenitur. *hoc loco ea verba expunxit s* 24 generalis] primitiuae *Putschius* 26 multas et uarias res et plures hoc *C* 27 dicuntur hoc nomine instrumenta *C* 28 omnia *CS* omnium fere artium *s* in primo libro georgicon] *v.* 160 29 dicendum *om. S*, *add. s* quesiuit *S* que sunt *s* 30 dicit uirgilius in primo libro cerealiaque arma expediunt idem in quinto colligere arma iubet quod quidam uniuocum uel omonimon dicunt *S* 31 in quinto Aeneidos] *v.* 15 33 in primo Aeneidos] *v.* 177

p. 1216. 17 P. p. 275—78 K.

est depositione terminalis in disyllabum? Catalecticos dicunt, quibus deest in fine aliquid, acatalectos, quibus nihil deest. heroicus autem, qui legitimos habet dactylos, | qui trisyllabi sunt, ideo in disyllabum vult desinere et minuit in fine unam syllabam, ne sit impedimento sequenti versui, quin celeriter incipiat. praeterea dicuntur hypercatalecti, quibus abundat una vel duae syllabae, ut novenarium Pindaricum, quod, cum sit dimetrum iambicum, habet tamen unam syllabam plus in fine: Horatius

silvae laborantes geluque.

brachycatalecti dicuntur in iambicis et similibus, quibus deest una vel duae syllabae, ut est senarium iambicum colobon, ut Horatius

mea renidet in domo lacunar.

per cola divisio separat integras partes orationis, per pedes vero secundum metri rationem, et per commata similiter. commata autem sunt tria, tertia trochaica, semiquinaria et semiseptenaria. quarta enim bucolica magis passio est, sicut hemiepes et quarta trochaica et quae inveniuntur per singulos pedes. † caesurae vero cursum et rythmum leviorem solent facere, et necesse est vel unam vel duas caesuras in versu inveniri. nam tres rarissime | possunt in eodem versu esse. nam si semiquinariam habet, *tertiam* trochaicam habere raro potest, nisi quando monosyllaba intersit dictio, ut

munera clara dedit, dat et idem debita patri.

et e contrario, si tertiam trochaicam habet, semiquinariam habere raro potest. per pedes in quinque dividitur hic versus caesuras, quia sex pedes quinque habent interruptiones. Quot figurarum est heroicus versus? Triginta et duarum. Quomodo? Quia quinque dactylos vel quinque spondeos habentes unius sunt figurae. quattuor vero dactylos et unum spondeum habentes quinque faciunt figuras, et e contrario ex quattuor spondeis et uno dactylo quinque figurarum est. unus enim inter quattuor mutans loca quinque facit figuras. sic et duo spondei inter tres dactylos et duo dactyli inter tres spondeos mutantes loca denas faciunt figuras. habemus igitur tres modos, et primus singulas figuras habet ex quinque similibus: pone igitur duas figuras. secundus, qui *est* ex quattuor et uno, quinas: pone et hic decem figuras. tertius modus est ex duobus et tribus diversis commutatis, in quo denae inveniuntur figurae: adde etiam viginti. omnes igitur sunt triginta et duae figurae. et ut scias etiam aliam rationem numeri figurarum, in omni metro computa, quot pedes accipiunt singula loca et

4 inpedimentum sequenti uerbo *S* 5 praeterea — 11 lacunar *om. S* 7 Horatius] *carm.* I 9 3 10 colofon *C* colophon *G* colophonium *Putschius* Horatius] *carm.* II 18, 2 11 redimet *C* domu *G* 15 hemiepes *G* hemipes *C* et semipes *S* et quarta trochaica *delevit s* et tertia trochaica *G* 16 cursum et rythmum *C* uersum et rithmum *G* cursum et *S* 17 rarissime *CG* numquam *S* 18 tertiam *om. CGS* 19 habere non potest et e contrario *S* nisi *om. C* 21 raro *CG* non *S* 24 quia quinque dactylos habentes unius sunt figurae et e contrario quinque spondeos habentes quinque faciunt figuras similiter quattuor dactylos *S* 28 sic — 29 figuras *om. S* 31 est *om. CGS* 33 adde — *p.* 466, 36 non a cano nasci *quattuor schedis amissis perierunt in G* 35 computabo *S*

p. 1218. 19 P. p. 278. 79 K.

multiplica numerum pedum quos accipiunt singula loca priora et numerum pedum quos accipiunt loca sequentia. ut in heroico primus locus accipit duos pedes, hoc est dactylum et spondeum, similiter secundus duos; bis duo, quattuor: tertius similiter duos; bis quattuor, octo: quartus quoque duos; bis octo, sedecim: et quintus duos; bis sedecim, triginta et duo. et in iambico similiter primus locus accipit quinque pedes, secundus tres; ter quinque, quindecim: tertius quoque quinque; quinquies quindecim, septuaginta et quinque: quartus tres; ter septuaginta et quinque, ducenti viginti quinque: quintus quinque; quinquies ducenti viginti quinque, mille centum viginti quinque. sic in omni metro, in quo diversorum pedum sunt eadem loca capacia, ut in anapaestico et trochaico, hac ratione figuras potes invenire. nam in illis metris, in quibus singula loca fixos habent pedes, id est singulos, unius sunt figurae, ut in Asclepiadeo ac Sapphico hendecasyllabo et similibus.

Scande versum. Arma vi rumque ca no Tro iae qui primus ab oris. 9
Quot caesuras habet? Duas. Quas? Semiquinariam et semiseptenariam. Quomodo? Semiquinariam arma virumque cano, et semiseptenariam arma virumque cano Troiae. Quot habet figuras? Decem. Quare? Quia constat ex tribus dactylis et duobus spondeis. Quot partes orationis habet iste versus? Novem. Quot nomina? Sex, arma virum Troiae qui primus oris. Quot 10
verba? Vnum, cano. Quot praepositiones? Vnam, ab. Quot coniunctiones? Vnam, que. Tracta singulas partes.

Arma quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius est speciei? Generalis. Cuius generis? Neutri. Cur neutri? Quia omnia nomina, quae in plurali numero in a desinunt, sine dubio neutri sunt generis. Cur singulare eius in usu non est? Quia multas et varias res hoc nomen significat: arma enim dicuntur instrumenta non solum bellica sed etiam omnia, ut Virgilius de agrestibus in primo libro geòrgicon

dicendum, duris quae sint agrestibus arma.

nau||tarum | quoque instrumenta et pistorum arma dicuntur: Virgilius in quinto Aeneidos

colligere arma iubet validisque incumbere remis;

idem in primo Aeneidos

1 multiplica numerum quem accipiunt *C* multiplici *** (multipliciter *s*) quidem accipiunt *S* 14 endecasillabo uel excedecasyllabo et in similibus *S* 16 Quot caesuras — 18 Troiae *post* 19 spondeis *habet S* 19 VIIII *Δ* ostende. *M* arma uirumque cano troiae qui primus ab horis. *Δ* quot *S* 23 *post* nomen *in S addita est definitio nominis et eorum quae accidunt nomini, quam definitionem C habet p.* 464, 32. Quid est — *p.* 465, 5 non inuenitur. *hoc loco ea verba expunxit s* 24 generalis] primitiuae *Putschius* 26 multas et uarias res et plures hoc *C* 27 dicuntur hoc nomine instrumenta *C* 28 omnia *CS* omnium fere artium *s* in primo libro georgicon] *v.* 160 29 dicendum *om. S*, *add. s* quesiuit *S* que sunt *s* 30 dicit uirgilius in primo libro cerealiaque arma expediunt idem in quinto colligere arma iubet quod quidam uniuocum uel omonimon dicunt *S* 31 in quinto Aeneidos] *v.* 15 33 in primo Aeneidos] *v.* 177

p. 1219. 20 P. p. 279—81 K.

Cerealiaque arma

expediunt.

11 cum igitur sit homonymon, quod quidam univocum dicunt, et varias res significet, singulae earum habent sua nomina, ut scutum galea lorica hasta gladius et cetera. non igitur opus est in hoc nomine singularis numerus, cum semper in plurali significatione ponatur. potest autem et differentiae causa huius singulare taceri, ne ab armo, artu corporis, obliqui eius casus proferri existimentur, hic armus, huius armi. Cuius est figurae? Simplicis. Fac ab eo compositum. Armiger, armipotens, semermis, inermis
12 et inermus. Cuius est casus in hoc loco? Accusativi. Vnde hoc certum est? A structura, id est ordinatione et coniunctione sequentium. cano enim verbum accusativo iungitur: ergo siquando invenias talem ordinationem, pone loco neutri masculinum vel femininum, quorum accusativi non sunt similes nominativis, et manifestatur tibi casus, ut in hoc versu 'cano virum' dixit. similiter 'cano illam rem' dicimus, ex quibus neutra quoque sine dubio potes intellegere secundum quem casum proferuntur tam in sin-
13 gulari quam | in plurali numero. nec solum tamen in neutro genere, in quo nominativus et accusativus et vocativus similes sunt, sed etiam in aliis generibus, siquos invenias similes casus et dubites, secundum quem positi sunt, eandem structuram compone cum illis qui non sunt similes, et solves tibi dubitationem, ut puta si dicas 'oratoribus utor magistris' et dubites, utrum dativus an ablativus sit casus, non solum, quod utor verbum semper ablativo coniungitur, hoc possis agnoscere, sed etiam si secundum singularem numerum hanc eandem ordines orationem dicendo 'oratore magistro utor'. omnia enim in e terminantia ablativum masculina vel feminina nulli
14 alteri eum casum similem habent. Quotae est decli||nationis arma? Secundae. Quare? Quia genetivum armorum facit. omnia autem neutra pluralia a finalem nominativi in | o longam convertunt et addita rum faciunt genetivum, si sint secundae declinationis. illud quoque possumus dicere, quod alterius declinationis nominativus in ma desinens in plurali numero non invenitur nisi secundae, ut prima primorum, summa summorum. Fac derivativa ab eo. Armarium armamentum armamentarium armillae, quae nunc brachialia vocant; sic Cicero in quarto de re publica: armentum et ab eo armentarius. Dic verbum denominativum. Armo armas armat.
15 Vnde certum est, quando verbum a nomine et quando nomen a verbo nascitur? Ex ipsa significatione et natura rerum. nam non possumus dicere

2 expediunt *om. C* 6 potest — 8 armi *om. S* autem *L et codex Monacensis* hoc *C* etiam *ς* 12 inuenias *S* inuenis *C* 19 si quos inuenias *S* in quibus inuenies *C* 20 sunt compone eosdem secundum structuram cum aliis *S* 25 masculina vel feminina *om. S, add. s* 30 aliae declinationis *S* nominatiuus *C* nomen *S* 31 inuenias *S* 32 quae — 33 de re publica *om. S* quae nunc brachialia uocant. Sic cicero in IIIIto de republica id est de communi re de gubernatione regni *in margine add. s* 33 brachialia ornamenta brachiorum, quae Graece spichidae vocantur. alius. quae Graeco vocabulo spicidicae dicuntur. dextrochinium vero ornamentum dextrae manus iterum *L* in quarto de praetura *C*

p. 1270. 21 P. p. 581—83 K.

armo, nisi prius sint arma, quibus armemus aliquem [nec auro auras nec subaero subaeras, unde Persius

nequa subaerato mendosum tinniat auro,

nisi prius sit aurum vel aes]. contra autem a verbo nascitur nomen, quod non potest esse in aliquo, nisi prius actus verbi in eo intellegatur, ut, si dicas lector, intellego eum prius legere et sic ei id nomen | do. ergo armo, sicut diximus, verbum est denominativum, quod a nomine nascitur, lector autem nomen verbale. Dic passivum eius. Armor. Declina. Armor, armaris vel armare, armatur et cetera. Dic participia activa. Armans et armaturus. Passiva. Armatus et armandus. Fac nomen verbale a participio praeteriti temporis. Armator armatrix. Cur? Quia omnia participia praeteriti temporis us in or convertentia faciunt nomen verbale in omni coniugatione masculinum, ex quo iterum or in rix mutantes facimus femininum, nisi euphonia, id est sonus, prohibeat, quod evenit in illis quae in sor desinunt, ut pransor cursor tonsor. nemo enim dicit pransrix cursrix tonsrix propter asperitatem pronuntiationis. unde et Terentius tonstrina dixit euphoniae causa addens contra regulam t. sicut enim a doctore doctrina consonantes eas habuit, quas suum primitivum, sic debuit etiam tonsrina absque t esse, nisi sonoritas coegisset. defenstrix quoque Cicero in Timaeo pro||tulit addita t. Fac alia derivativa ab eodem supra dicto par- 17
ticipio. | Armatio armatura, quae rem ipsam significant. et sciendum, quod plerumque nomina rerum eandem habent participiis praeteriti temporis terminationem, declinatione tamen differunt. nam nomina quartae sunt, participia vero secundae, ut iudicatus ὁ κριθείς huius iudicati, iudicatus vero ἡ κρίσις huius iudicatus; monitus ὁ ὑπομνησθείς huius moniti, monitus ἡ ὑπόμνησις huius monitus; lectus ὁ ἀναγνωσθείς huius lecti, lectus ἡ ἀνάγνωσις huius lectus; aditus ὁ προσελευθείς huius aditi, aditus ἡ προσέλευσις huius aditus. quidam autem stulte et contra usum auctorum participii 18
paenultimam producunt et dicunt se hoc facere differentiae causa. nullum enim participium veniens a verbis in eo desinentibus, sive secundae seu quartae sint coniugationis, i productam habet ante tus, ut moneo monitus, habeo habitus, praetereo praeteritus: Virgilius in octavo

o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos;

obeo obitus: idem in decimo

morte obita qualis fama est volitare figuras;

adeo quoque aditus: Ovidius in fastis |

1 nec auro — 4 aes *om. S*, *add. s* nec subaero subaeras unde persius subaerato mendosum tinniat auro nisi prius sit aurum et ferrum *C* : *cf. Priscian. p.* 828 2 Persius] 5, 106 4 autem *S* haec *C* 14 quod *S* quae *C* 16 Terentius] *Phorm.* I 2, 39 17 a docto *C* 18 suum *C* uerbum *S* 19 nisi consonoritas *S* 22 plerumque quedam nomina *S* participiis *S* cum participiis *s* participii *C* 30 enim *C* autem *S* 32 in octavo] v. 560 34 in decimo] v. 641 36 in fastis] IIII 583

p. 1221. 22 P. p. 284—86 K.

sol aditus 'quam quaeris' ait, 'ne vana labores,
nupta Iovis fratri tertia regna tenet.'

de aditus quantum ad praesens sufficienter diximus. latius autem de par-
19 ticipio tractatum est in libro singulari. nunc hoc etiam sciendum, quod genetivus quoque supra dicti participii paene in omnibus assumpta o facit rei nomen, ut iudicati iudicatio, orati oratio, moniti monitio, lecti lectio, i paenultima in omnibus correpta. quamvis igitur regula det nobis copiam, tam in us quam in io terminationibus uti in significationibus rerum, tamen
20 auctorum usus nobis magis sunt observandi. illud quoque sciendum, quod multa nomina verbalia participiis futuri temporis similia inveniuntur, et a passivis quidem semper, ut amandus nomen ὁ *φιλητέος*, participium ὁ *φιλη-θησόμενος*; docendus nomen ὁ *διδακτέος*, participium ὁ *διδαχθησόμενος*; legendus nomen ὁ *ἀναγνωστέος*, participium ὁ *ἀναγνωσθησόμενος*; adeundus nomen ὁ *προσελευστέος*, participium ὁ *προσελευσθησόμενος*. et in futuri quidem temporis participiis pas|sivis hoc evenit semper, in activis autem non semper, sed in quibusdam, et hoc in femininis, ut armatura nomen ἡ *ὅπλισις*, participium ἡ *ὁπλίσουσα*; litura nomen ἡ *ἀπαλοιφή*, participium ἡ *ἀπαλείψουσα*; scriptura nomen ἡ *γραφή*, partici|pium ἡ *γράψουσα*. est autem invenire nomina adiectiva hominum et mobilia in omnibus similia participiis praeteriti temporis, etiam in declinatione, ut doctus nomen ὁ *εὐ-παίδευτος*, participium ὁ *παιδευθείς*; armatus nomen ὁ *ὁπλίτης*, participium
21 ὁ *ὁπλισθείς*. et sciendum, quod, si sint nomina mobilia, non possunt eadem etiam rerum esse, ut doctus armatus; et contra, si sint rerum, non etiam hominum adiectiva, ut monitus aditus. sunt etiam quaedam rerum vocabula, quae participiis neutris praeteriti temporis similia sunt, ut factum nomen τὸ *ἔργον*, participium τὸ *γεγονός*; visum nomen ἡ *ὀπτασία*, participium τὸ *ὁραθέν*. est etiam quando praesentis temporis participiis similia inveniuntur nomina adiectiva, ut sapiens nomen ὁ *σοφός*, participium ὁ *φρονῶν*; amans nomen ὁ *ἐραστής*, participium ὁ *ἐρῶν*. sed nomen genetivo, participium autem ablativo coniungitur secundum verbi iuncturam, ut natus et ipse dea ὁ *τεχθεὶς ἐκ θεᾶς*, natus autem deae ὁ *υἱὸς θεᾶς* dicitur.

22 Virum, quae pars orationis est? Nomen. Quid est nomen? Pars orationis unius cuiusque rei suppositae | communem vel propriam qualitatem significans. Quot accidunt nomini? Quinque, qualitas sive species, genus,

1 quam ς quem *S* quod *C* 2 Iovis] obis *S* iobis *s* 3 de adito quidem quantum *S* latius autem de participio hoc *S* latius hoc de participio *C* 4 hoc etiam *S* autem etiam *C* 8 uti ς ut *CS* 12 ΔΙΔΑΚΘ^{C}ΟΜΕΝΟC *C : Graecam interpretationem et hic et in iis quae secuntur om. S* ΟΑΝΑΓΕΟCΘΕΟC participium ΟΝΑΓΚΟCCΟΜΕΝΟC adeundus nomen ΟΠΡΟΗΛΕΙCΘΕCΟΜΕΝΟC participium *C* 17 ΑΠΑΛΙΦΗ *C* 18 ΑΠΑΛΙΦΟΥCΑ *C* 23 non possunt eadem esse hominum adiectiua *S* 26 ΗΥΡΤΑCΙΑ *C* 30 ablatiuo *S* accusatiuo *C* accusatiuo aut ablatiuo *Lindemannus* natus] *Verg. Aen.* VI 90 32 *definitionem nominis, quam breviorem hoc loco exhibuisse videtur S, pleniorem habuit supra p.* 461, 23, *supplevit s. nam* pars — *p.* 465, 7 animale *deletis paucis versibus prioris scripturae in extrema pagina scripta sunt in eo codice.*

p. 1223. 24 P. p. 286. 67 K.

numerus, figura, casus sive declinatio. nam comparatio non bene inter accidentia potest poni, quia non est generale accidens nec in omnibus invenitur nominis speciebus, sicut supra dicta quinque. non est enim species nominis, in qua non invenias et qualitatem et genus et numerum et figuram et casum. comparatio autem nisi in adiectivis non invenitur. Dic 23 igitur, vir cuius est speciei? Primitivae [potest tamen et a vireo verbo esse derivatum], et est appellativum et significat corpus animale. Cuius est generis? Masculini. Vnde hoc possumus scire? Tam ab ipsa natura eius quod significat, quam a terminatione et declinatione. omnia enim in ir desinentia, quae propria sunt hominum, masculina sunt et secundae declinationis, ut vir viri, levir leviri, Trevir Treviri et similia. Cur per v scribitur? Quia omnia nomina a vi syllaba incipientia per v scribuntur exceptis bitumine et bili, quando fel significat, et illis quae a bis adverbio componuntur, ut biceps bipatens bivium. Cur sonum videtur habere in 24 hac dictione i vocalis *v* litterae Graecae? Quia omnis dictio a vi syllaba brevi incipiens d vel t vel m vel r vel x sequentibus hoc sono pronuntiatur, ut video videbam videbo: quia in his temporibus vi corripitur, mutavit sonum in *v*; in praeterito autem perfecto et in aliis in quibus producitur naturalem servavit sonum, ut vidi videram vidissem videro. similiter vitium mutat sonum, | quia corripitur; vita autem non mutat, quia producitur. similiter vim mutat, quia corripitur; vimen autem non mutat, quia producitur. similiter vir et virgo mutant, quia corripiuntur; virus autem et vires 25 non mutant, quia producuntur. vix mutat, quia corripitur; vixi non mutat, quia producitur. hoc idem plerique solent etiam in illis dictionibus facere, in quibus a fi brevi incipiunt syllabae sequentibus supra dictis consonantibus, ut fides perfidus confiteor infimus firmus. sunt autem qui non adeo hoc observant, cum de vi nemo fere dubitat. Cuius est numeri virum? Singularis. Dic pluralem. Viri. Cuius figurae? Simplicis. Fac ab eo compositum. Semivir duumvir triumvir quinquevir septemvir decemvir centumvir levir [frater mariti]: Virbium quoque virum bis dictum tradunt: viripotens, virago et virgo, virillustris, virdevotus, virmagnificus, virspectabilis, quae omnia ideo composita accipimus, quia sub uno accentu pronuntiantur. Cuius est casus virum? Accusativi singularis. Fac ab eo 26 derivativum. Hic et || haec virilis et hoc virile, et virilitas. virtutem quoque hinc quidam derivari volunt. Fac adverbium. Viritim, quod Graeci ἀνδραχάς dicunt, id est per singulos viros.

Que quae pars orationis est? Coniunctio. Quid est coniunctio? Pars orationis conectens ordinansque sententiam. Quot accidunt coniunctioni? Tria, potestas ordo figura. Cuius est potestatis? Copulativae. Cuius

5 autem ut dictum est nisi *s et supra S* 6 potest — 7 derivatum *om. s* 18 sonum i in *TS* 21 uimen autem producitur ideoque non mutat *C* 26 confiteor firmus infirmus sunt *C* 30 Virbium — tradunt *om. S* uerbum quoque uirum bis tradunt *s*

ordinis? Postpositivi. Cuius figurae? | Simplicis. Quem habet accentum? Haec et aliae duae coniunctiones, ve scilicet et ne, sunt apud Latinos inclinativae, quas Graeci ἐγκλιτικάς vocant. solent enim suos accentus in extremam syllabam praecedentis dictionis remittere, ut virumque subiectisve tantone. sed ne saepissime etiam e abiciens apostropho notatur, non solum vocali sed etiam consonante subsequente, ut in decimo Aeneidos

tanton me crimine dignum?

Fac compositum ab eo quod est que. Atque neque quoque. nec quoque a neque factum est per apocopam extremarum vocalium, et quia in fine syllabae q scribi non poterat, transivit in c.

27 Cano quae pars orationis est? Verbum. Quid est verbum? Pars orationis cum tempore et modis et significationibus. Quot accidunt verbo? Modi formae significationes coniugationes numeri figurae tempora, personae quoque in plerisque. Cuius est modi cano? Indicativi. Cuius formae? Perfectae. Quam aliam formam habet hoc verbum? Frequentativam, quae
28 est canto cantas cantat. a participiis enim praeteriti temporis solent fieri frequentativa plerumque, ut habitus habito habitas habitat, scriptus scripto scriptas scriptat, captus capto captas captat, cursus curso cursas cursat, domitus domito domitas domitat, volutus voluto volutas volutat. ideo autem diximus plerumque, quia ago agito facit et lego legito et nosco noscito
29 et scisco sciscitor. Cuius est significationis || cano? Activae. Cur? Quia facit passivum canor. Cuius est coniugationis? Tertiae correptae. Vnde hoc certum | est? Quia et prima persona ante o consonantem habet, quod in tertia producta sive quarta coniugatione inveniri non potest, et quod non solum in secunda persona is finalis corripitur, cano canis, sed etiam in plurali numero in prima et secunda persona i paenultima corripitur. itaque antepaenultima in his acuitur personis, ut canimus canitis; nec non imperativus quoque et infinitivus e correptam habentes, sicut etiam Donatus docet, manifestissime id ostendunt. Cuius est numeri? Singularis. Dic pluralem. Canimus. Cuius figurae? Simplicis. Fac compositum ab eo.
30 Succino occino concino. Cuius est temporis? Praesentis. Dic praeteritum perfectum. Cecini. Cur? Quia verba in no desinentia, si tertiae sint coniugationis, in vi faciunt praeteritum, ut sterno stravi, cerno crevi, sperno sprevi, lino levi. pono quoque antiqui posivi secundum analogiam dicebant, quod nunc posui dicimus. cano autem ideo cecini dixerunt, ne, si cavi secundum analogiam dicerent, non a cano nasci videretur, sed ab eo

1 suppositini *C* 2 coniunctiones aput latinos sunt C 3 in extrema syllaba *CS* 5 tantane *CS* 6 in decimo Aeneidos] *v.* 668 7 ton me crimine ducis *S*: dignum *post* crimine *add. s* 10 potest *corr.* poterat *S* poterit *C* transit *corr.* transiuit *S* 16 cantas. *A* unde solent nasci frequentatiua. *M* Plerumque a participiis praeteri temporis ut cantus canto cantas habitus *S* 18 captus — captat *om. C* 21 scisco sciscito *CS*: *cf. infra p.* 1283 *P* 27 acuetur *S* 28 *Donatus de distinctione coniugationum breviter dixit p.* 1755; *copiosius ea de re expositum est in editione minore* 29 manifestius *S* 34 leui *S* liuiui *C*

quod est caveo. ab eo tamen composita in ui divisas faciunt praeteritum, concino concinui, succino succinui, occino occinui. Dic participia activa. 31
Canens et canturus. Passiva. Cantus et canendus. Fac ab eis nomina. Cantus ἡ ᾠδή et cantio et cantor et cantrix et cantilena, et a frequentativis [duo autem sunt, canto et cantito] cantatus et cantatio et cantator et cantatrix. concinnus quoque a canendo compositum est.

Troiae quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius 32
speciei? Derivativae. | a Troe enim rege nominata est Troia. Dic ab eo alia derivata. Troianus Troicus; Tros quoque, quando pro appellativo, id est gen|tili, accipitur. et sciendum, quod pleraque gentilium et propria solent esse ipsorum conditorum urbium sive gentium, ut Italus Danaus Latinus Tros. Cur Troia, cum apud Graecos oe diphthongon in priore 33
habeat syllaba, non servat etiam apud nos? Quia in disyllabis, in quibus ae vel oe diphthongi antecedunt sequente vocali, diaeresin solent facere Latini plerumque et pro consonante duplici accipere i et eam a priore subtrahere syllaba et adiungere sequenti; quamvis antiqui solebant duas ii scribere et alteram priori subiungere, alteram praeponere sequenti, ut Troiia Maiia Aiiax. hanc tamen consuetudinem Latini habuerunt Aeoles imitantes, qui κοῖλον per divisionem dicunt κόιλον et multa similiter dividunt.

Qui quae pars orationis est? A quibusdam pronomen hoc esse puta- 34
tur, sed non recte. proprie enim pronomen est, quod pro nomine proprio ponitur et personam finitam habet. ergo cum quis et qui et qualis talis et quantus tantus et similia vel interrogativa vel relativa nec finitas habeant personas nec loco propriorum nominum accipiantur, non sunt pronomina dicenda sed potius nomina. nec mirum, si quaedam ex ipsis declinationem habeant pronominum, cum pronomina quoque multa, de quibus non est dubitatio, quod pronomina sunt, nominum habeant declinationem, ut meus tuus noster vester. et sciendum, quod qui pro quis ponitur, quis autem pro qui non, et quod omnia huiuscemodi nomina relativa per se acuuntur, in contextu autem orationis gravantur, id est pro acuto in fine gravem accentum accipiunt. hoc tamen ipsum qui pro adverbio quoque 35
saepe invenitur, quando accipitur pro quomodo [est etiam ablativus]. Fac ab eo compositum. Quisquis, quisque, aliquis vel aliqui, siquis, nequis, quisquam, quicumque, quispiam, quidam, quin, quod significat qui non et cur non et ut non et nec non, atqui et atquin.

Primus quae pars orationis est? Nomen. Cuius est speciei? Ordi- 36

3 cantaturus *deleta* a *in secunda syllaba S* caniturus *Putschius* 5 duo — cantito *om. S* 6 conci•nus *G* concinus *C* concinnuus *corr.* concinnus *S* 8 a troe *S* a troo *G* a tros *C* 12 oe diptongus in priore syllaba sit *S* 13 seruatur *GS* 18 consuetudinem aeoles habuerunt imitantes *G* : consuetudinem habuerunt eoli qui coelon diuisionem dicunt. *J* Qui *S* 23 et similia infinita sint uel interrogatiua uel relatiua et finitas non habeant *S* 27 quin pronomina sint ς, *om. S* 28 meus tuus suus noster uester nostras uestras *C* 32 est enim etiam ablatiuus *C*, *om. S* 34 quispiam quidam *om. CG* 35 ut non et nec non *om. S* : ut non et *ante* cur *add. s*

nalis [et est a Graeco]. || Cuius est gradus? Superlativi. Vnde hoc certum est? Quia omnibus solet numeris praeponi et genetivo plurali semper coniungitur, quod suum est superlativi, ut primus illorum. ergo praepositivus illorum est nominum superlativus, quae numerum significant a tribus et ultra. nam comparativus eius, id est prior, qui ad unum solet fieri, sem-
37 per inter duos ponitur. quod autem comparativum est prior, ostendit etiam neutrum quod ab eo nascitur, prius. nullum enim nomen in or desinens commune in us facit neutrum, nisi sit comparativum, ut hic et haec melior et | hoc melius, hic et haec doctior et hoc doctius. sic ergo hic et haec prior et hoc prius. Fac adverbium. Prime et primum et primo.
38 Fac derivativum nomen. Primitiae, primitivus primitiva primitivum, primarius, primulum, primores, priscus, pristinus, primas primatis. Cur in fine circumflectitur primas? Quia antiqui hic et haec primatis dicebant paenultimam circumflectentes. ti igitur concisa mansit accentus integer in eadem a littera, quae extremae syllabae facta est, quae erat in pleno paenultima. ergo hoc idem in omnibus similibus observandum est, ut Ar-
39 pinas Sufenas Capenas et similibus aliis. *Fac* composita a primo. Primordium, principium, primipilarius, primicerius, decemprimi, quomodo decemviri, primogenitus πρωτότοκος, primotinus πρώϊμος, quomodo serotinus ὄψιμος, pridieprinceps.

40 Ab quae pars orationis est? Praepositio. Quid est praepositio? Pars orationis quae praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut complet aut mutat aut minuit; complet, ut facio perficio, mutat, ut doctus indoctus, minuit, ut rideo subrideo. Cui casui coniungitur ab praepositio?
41 Ablativo. In appositione sola an etiam in compositione aliis partibus orationis praeponitur? Praeponitur tam in compositione quam in appositione, sed in compositione cum nomi||nativo et | cum eius declinatione vel illis dictionibus quae carent casibus, in appositione vero cum ablativo casualium tantum, ut abduco abducens abducentis, abigo abigens abigentis. et sciendum, quod eandem significationem habent a ab abs. et a quidem vel abs

1 et est a graeco quod πρῶτος ς, *om. S* 2 quia nominibus (*corr.* omnibus) solet praeponi *S* 3 praepositivus] proprie *GS* propriae *C* primus *Krehlius ex codice Monacensi*. praepositivus *ex iis quae v. 6 addita sunt in libris huc transposui* 5 eiusdem prior quia ad *C* · 6 ponitur ergo praepositiuus (propositiuus *G*) nomina habet numerorum quod *CG* ponitur ergo praepositiua nomina habent numerum quod *S. quae interposita sunt ad v. 3 pertinere videntur, ubi ab aliis olim scriptum erat illud quod dedi*, ergo praepositivus illorum *sqq., ab aliis* ergo proprie nomina habet numerorum a tribus et ultra 10 et primo *om. G* et primo et compositum adprime *S* 11 primitia *G* primarius — 12 pristinus *om. S* 12 primulus ς 17 suffenas *S* Fac — 20 pridie prinuceps *om. S* : Fac *om. CG* compositum a primus *C* 18 primicerius quasi primus chere . est autem chere legio sive exercitus *L* 19 προιμος *C* προμος *G* 20 pridieprinceps vocatus (*l.* vocatur) hodie qui heri de principatu eiectus est. sic fiebant consules Romani *L* 25 in appositione *** etiam (in appositione sola quae etiam *s*) in compositione ..... aliis partibus orationis tam *S* in appositione sola an etiam in compositione? Casualibus partibus orationis praeponitur tam ς 26 praeponitur praeponitur etiam tam C praeponitur tam *G* 28 casualium tantum *S* tantum casualium *G* casualium terminatur *C*

p. 1228. 29 P. p. 293—95 K.

vocali sequente non ponimus; ab vero non solum vocalibus sequentibus, sed etiam consonantibus quibusdam non male sonantibus antecedente ab, ut abduco abdo; abs vero sequente q, ut abs quolibet, vel c, ut abscondo, vel t, ut abstraho. Quo accentu pronuntiatur ab? Per se acuto, in versu 42
5 vero gravi; sicut et aliae omnes praepositiones in suo loco positae, id est praepositivae. nam est quando mutato ordine postponuntur et mutant accentum, ut te propter, eundem propter: hic paenultimum acutum habet accentum. quod si praeponeretur, sine dubio gravaretur.

Oris quae pars orationis est? Nomen. Cuius numeri? Pluralis. 43
10 Dic singularem. Ora. Quando habet aspirationem, hora? Quando tempus significat; quando autem fines, sine aspiratione est; et quando plurale est, neutri generis est a singulari quod est os oris.

II.

CONTICVERE OMNES INTENTIQVE ORA TENEBANT.

15 Scande versum. Conticu ere om nes in tenti que ora te nebant. Dic 44 caesuras. Semiquinaria, conticuere omnes. Quot habet figuras? | Decem. Quare? Quia habet duos dactylos et tres spondeos. Tracta pedes. Conticuere omnes et cetera. Quot partes orationis habet? Sex. Quot nomina? Duo. Quae? Omnes ora. Quot verba? Duo, conticuere tenebant. Quid
20 aliud habet? Partici||pium, intenti, et coniunctionem, que. Tracta singulas partes.

Conticuere quae pars orationis est? Verbum. Quale? Perfectum. 45 Quo modo dictum? Indicativo, coniugationis secundae. Cur secundae? Quia in praesenti tempore secunda persona in es productam desinit, con-
25 ticeo contices, quamvis a prima quoque persona hoc manifestum est in hac coniugatione. omnia enim verba in eo desinentia secundae sunt coniugationis exceptis paucis primae coniugationis, quae fere sunt haec, beo beas, creo creas, screo screas, meo meas, nauseo nauseas, laqueo laqueas, calceo calceas, quod alii calcio, enucleo enucleas; et quartae, eo is,
30 queo quis, et quae ex his componuntur. Cuius est significationis? Activae. Dic passivum. Conticeor. Cuius est numeri? Pluralis. Cuius figurae? 46 Compositae. Ex quibus? Ex integro et corrupto. nam con praepositio est integra, quamvis separata in appo|sitione non potest inveniri, sed semper in compositione; ticuere autem corruptum est, quia a, quod habuit
35 integrum, mutavit in i, *t*icuere pro tacuere. Cuius est personae? Tertiae pluralis, quae tam in re quam in runt in hoc tempore finitur. Cuius est

13 FINITVS EST VERSVS PRIMVS (PRIMUS *om. C*) PRIMI LIBRI VIRGILIANI TRACTATUS A PRISCIANO GRAMMATICO (PRISCIANI GRAMMATICI *C*) *CG* EXPLIC. LIB. PRIM. INCIP. SECUND. *S*
27 beo beas creo creas laqueo inlaqueo meo comeo nucleo enucleo nauseo enauseo screo calceo quod alii calcio *C* beo beas meo meas nauseo nauseas laqueo laqueas calceo calceas nucleo nucleas *G : cf. Priscian. p.* 864 29 quod alii calcio *om. S* est nucleo enucleas *S*

47 temporis? Praeteriti perfecti. Dic primas eius personas in omni tempore per singulos modos. Indicativo conticeo conticebam conticui conticueram conticebo. Imperativum totum dic. Contice conticeat conticeamus conticete conticeant; conticeto tu, conticeto ille, conticetote, conticeant vel conticento. optativo utinam conticerem conticuissem conticeam; subiunctivo
48 cum conticeam conticerem conticuerim conticuissem conticuero; infinita conticere, conticuisse, conticitum ire vel conticiturum esse. impersonalia indicativo conticetur, conticebatur, conticitum est vel conticitum fuit, conticitum erat vel conticitum fuerat, conticebitur; imperativo conticeatur conticetor; optativo utinam conticeretur, conticitum esset vel conticitum fuisset, conticeatur; subiunctivo || cum conticeatur, conticeretur, conticitum sit vel conticitum fuerit, conticitum esset vel conticitum fuisset, conticitum erit vel conticitum fuerit. | infinita impersonalium similia sunt passivis, conticeri, conticitum esse vel conticitum fuisse, conticitum iri. Quid ergo interest
49 inter infinita impersonalium et passivorum? Quod impersonalibus infinitis necesse est et verbum et pronomen sive nomen adiungere, ut 'taceri a me volo', id est 'tacere volo'. sin autem verbum tantum addas dicendo 'taceri volo', passivum ostendis sine dubio. licet tamen passivo etiam adiungere ablativum casum, sed ut subiungatur et accusativus primae vel secundae vel tertiae personae, ut 'legi volo me a te', 'legi vis te a me',
50 'legi volo illum a me vel a te', 'legi ille se vult a me vel a te'. ecce hic passivum est sine dubio, quia et nominativum et accusativum et ablativum adiunxi infinito, quod, si esset impersonale, fieri non posset. nam accusativum ei numquam possumus coniungere. ex illo quoque hoc facile est dinoscere, quod impersonale significationem habet activam etiam in infinito. nam 'taceri a me volo' dicimus pro 'tacere volo'; 'taceri' autem 'illum volo' eam personam pati ostendit, quam protuli per accusativum casum. in impersonalibus autem pati | quidem neminem significamus, agere autem eam personam ostendimus, quam per ablativum casum proferimus, ut 'taceri a me volo' pro 'tacere volo', 'taceri a te volo' pro 'tacere te volo', 'taceri ab illo volo' pro 'tacere illum volo'. Cur conticitum ire
51 facit futurum? Quia per formam participii praeteriti temporis neutri et infinitum ire vel iri tam activum quam passivum profertur, ut tacitum ire et tacitum iri [vel futurum activi participium et esse vel fuisse, taciturum esse vel fuisse. taciturus est enim participium futuri, praeteriti vero tacitus tacita tacitum]. ergo in neutris verbis, quamvis non sint participia praeteriti, ad similitudinem habentium haec proferimus, ut statum ire sicut

7 vel conticiturum esse *om. GS* 9 conticetor *om. CG* 13 infinita impersonalis *C* infinita uel impersonalia *G* impersonalia *S* 18 ostendit *CG* 21 legi ille se uult a me uel a te *S* amari ille uult a me *CG* 22 quia ad nominatiuum et accusatiuum et ablatiuum adiungitur infinitum *S* 23 nam — 24 coniungere *om CG* 33 iri uel ire *G*, *om. S* : ire **** tam passiuum quam actiuum *C* tacitum ire tacitum iri et duo supina tacitum tacitu et futurum actiui participium taciturus est enim participium praeteriti temporis tacitus tacita tacitum *S*

p. 1231, 32 P. p. 297—99 K.

amatum ire; et duo supina tacitum tacitu, statum statu, ex quo staturus, ut amatum amatu amaturus. sic in ceteris quoque. Cur conticui facit praeteritum perfectum? Quia omnia in ceo desinentia mutant eo in ui divi- 52
sas et faciunt supra dictum tempus, ut arceo arcui, iaceo iacui, excepto mulceo mulsi. Fac inchoativum ab eo quod est conticeo. Conticesco; quidam tamen conticisco protulerunt. sed regula magis in inchoativis e paenultimam flagitat in his quae a verbis secundae coniugationis derivantur, ut horreo horresco, ferveo fervesco, caleo calesco. inveniuntur enim ab aliis quoque coniugationibus, sed | raro, ut amasco hisco labasco scisco. 53
Declina passivum. Indicativo conticeor, conticebar, conticitus sum vel conticitus fui, conticitus eram vel conticitus fueram, conticebor; imperativo conticere conticeatur conticeamur conticemini conticeantur, conticetor tu, conticetor ille, conticeminor, conticeantur vel conticentor; optativo utinam conticerer, conticitus essem vel conticitus fuissem, conticear; subiunctivo cum conticear, conticerer, conticitus sim vel conticitus fuerim, conticitus essem vel conticitus fuissem, conticitus ero vel conticitus fuero; infinita conticeri, conticitum esse vel conticitum fuisse, conticitum iri. Dic participia. Conticitus conticendus. Cur solent Romani praeteritum perfectum 54
in or terminantium verborum et omnia tempora, quorum regula a praeterito perfecto nascitur, per participia declinare? Quia apud Graecos quoque in plurimis verbis, in quibus secunda et tertia persona indicativi deficit in praeterito, per participium eas declinant, et optativi quoque et subiunctivi praeterita, ut *τέτυμμαι τέτυψαι τέτυπται τετύμμεθα τετυμμένοι ἐστέ τετυμμένοι εἰσίν*. sic et optativa et subiunctiva, quod Romani in omnibus in or terminantibus faciunt. et sciendum, quod a participio, ut supra dictum est, praeteriti temporis solent nasci infinita futuri tam activa quam passiva, ut conticitum ire et conticitum iri, et passivi quoque sive impersonalis 55
praeteritum infinitum, ut conticitum esse vel conticitum || fuisse, et supina duo, conticitum conticitu, et futuri participium activum, conticiturus. et haec quidem oriuntur a participio praeteriti. a participio vero praesentis —, quod nascitur in prima quidem et secunda coniugatione a secunda persona, cum extremae syllabae interponimus n, ut amas amans, doces docens; in tertia | vero et quarta a prima persona mutata o in ens, ut lego legens, facio faciens, audio audiens, venio veniens, exceptis eo et queo et quae ex his componuntur. haec enim ante e i habent in nominativis participio- 56
rum: nam iens et quiens faciunt participia. in genetivo vero per transmutationem vocalium et immutationem i in u declinantur, ut iens euntis, quiens queuntis, contra omnium participiorum morem. — a praesenti vero participio activo nascitur futurum passivi s finali abiecta et addita dus, ut

1 amatum ire statum statu staturus sic in ceteris *S* 8 ut timeo timesco horreo horresco *C* 9 amasco hisco miseresco (*corr.* miserasco) labasco *J* declina *S* 12 conticeamini *GS* 22 eas] et sum es *L* et e** *S* et es *s* 30 oriuntur *om. CG* 34 audio audiens *om. CG* 37 vocalium et immutationem *om. CG* declinantur *om. S* 38 quiens quiuntis *C, om. S*

amans amandus, docens docendus, legens legendus, faciens faciendus, au-
57 diens audiendus. iens autem et quiens et ex his composita a genetivo faciunt futurum, adiens adeuntis adeundus. gerundia quoque tria a participio futuri nascuntur ex tribus eius casibus, id est genetivo dativo accusativo, amandi amando amandum, docendi docendo docendum, faciendi faciendo faciendum, audiendi audiendo audiendum, eundi eundo eundum. Dic nomen verbale ex eo quod est conticeo. Conticitor conticitrix, quae quamvis regula concedat dicere, tamen, nisi in usu inveniamus auctorum, non temere debemus proferre. ipsa res conticinium. a taceo simplici fit taciturnus et taciturnitas et taciturius et tacitus participiale.

58 Omnes quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius est speciei? Numeralis. Omnia autem numerorum significativa appellativa sunt, quamvis sint quaedam cognomina propria, quae vocem quidem habent numeralium, non tamen etiam significationem, ut Quintus Catulus, Decimus Brutus. Potest habere comparationem hoc nomen? Non. Quare? Quia nullum nomen numerum significans || comparationem potest habere,
59 cum unus quisque numerus in se constat nec augeri aut minui in sua qualitate potest, excepto prior, quod de duobus ordinem significat. Cuius est | generis hoc nomen? Communis. Cur? Quia omnia in is desinentia, si apud Graecos vel communia sint vel mobilia, quae illi trigene vocant, apud nos sine dubio communia sunt, ut πᾶς πᾶσα πᾶν hic et haec omnis et hoc omne, χρήσιμος χρησίμη χρήσιμον hic et haec utilis et hoc utile, ὁ δύσκο-
60 λος ἡ δύσκολος τὸ δύσκολον hic et haec difficilis et hoc difficile. Cuius est numeri? Pluralis. et sciendum, quod hoc nomen, id est omnis, eandem vim habet significationis, sive singulariter sive pluraliter proferatur (omnis enim homo si dicam et omnes homines, idem significo); et omnia quae similem vim habent, id est cunctus et cuncti, universus et universi. Cuius est figurae? Simplicis. Fac ab eo compositum. Omnipotens omnifariam omniparens omnigena: Virgilius in octavo

omnigenumque deum monstra.

Fac adverbium [simplex]. Omnino. Cuius est casus? Hic nominativi; idem tamen est etiam vocativus in omni plurali numero. accusativum vero

3 gerendia G 9 temere *om. S* conticinum *C* fit taciturnus et tacitor participiale *S* 10 taciturus et tacitus participia *ς* participium *G* 12 numeri. omnia autem nomina numerum significantia *S* 14 numerorum *S* catulus *C* catullus *S* catellus *G* 17 in sese constet *S* 18 excepto — significat *om. S* 20 quae illi trigena uocant *G* quae illi trigene *C* que illi grece uocant****** *S* 22 XPHCIMOC XPNCIMNAPXCMOC *C* XPHCIMONOC XPHCIMONON *G*, *om. S* 25 proferatur *S* dicatur *CG* 26 significo *S* significamus *CG* 28 compositum. uirgilius in octauo (in nono *G*) omnigenumque deum monstra (ira *C*) omnipotens omniparens omnigena omnifariam (omnifaeriam *C*) *CG* 29 in VII *S*: *Verg. Aen.* VIII 698 30 monstra *om. S* 31 simplex *om. S* 32 accusatiuus uero huiuscemodi nominum id est quae nominatiuum et genetiuum singularem (singularem *om. S*) similem habent accusatiuum pluralem (pluralis *C*) tam in es productam quam in (in *om. C*) is longam terminant *CS* accusatiuus uero huiuscemodi nominum id est quae nominatiuum et genetiuum similem habent plurales tam in es productam quam in is longam termiuant *G*

p 1233. 34 P. p. 300—? K.

pluralem huiuscemodi nomina, id est quae nominativum et genetivum singularem similem habent, tam in es productam quam in is longam terminant.

Intenti quae pars orationis est? Participium. Quid est participium? 61
Pars orationis partem capiens nominis partemque verbi. Quot accidunt participio? Sex. Quae? Genus casus tempus significatio numerus figura. Cuius est generis? Masculini. *Cuius numeri? Pluralis.* Dic singulare. Intentus intenta intentum. et | sciendum, quod omnia participia praeteriti 62
et futuri temporis mobilia sunt, et in masculino quidem et in neutro genere secundum nomina secundae declinationis declinantur; in feminino vero primam declinationem servant. praesentis autem temporis parti||cipia communia sunt trium generum, ut hic et haec et hoc amans, et tertiae declinationis. sciendum tamen, quod sunt quaedam verba, quorum significatio ad solos mares vel ad solas feminas pertinet; ad mares, ut futuo, cuius participium quoque ad mares solos pertinet, futuens. nemo enim dicit haec futuens, nisi in epicoenis nominibus animalium, ut haec aquila futuens, in quo, quamvis femininum proferamus, tamen marem intellegimus. sic etiam in feminino: nubo vir non dicit, nisi si abneget sexum et quasi femina loquatur. ergo nubens quoque proprie de femina dicitur; nisi quod possumus figurate masculinis quoque generibus talia adiungere, si dicam 'magnus est ignis nubens mihi', ignis pro amata dicens. Cuius est casus 63
intenti? Nominativi; idem tamen est et vocativus. Cuius est significationis? Hoc primum debes scire, quod significatio participiorum tam a generibus verborum quam a formis sumitur. ergo a quinque generibus, id est activis neutris passivis communibus deponentibus, totidem nascuntur species participiorum; et a formis quattuor, id est perfecta meditativa inchoa|tiva frequentativa, totidem formae participiorum dicuntur. Cuius est speciei? 64
Passivae. Nascitur enim ab intendor verbo passivo. Cuius est formae? Eius, cuius est verbum ex quo nascitur, id est perfectae. Potest aliam formam habere hoc verbum? Potest frequentativam, intentor intentaris, ex quo participium intentatus. Cuius est temporis? Praeteriti. Cuius figurae? Compositae. Ex quibus? Ex duobus integris. et sciendum, quod simplex eius in usu tam per tus quam per sus invenitur, tentus et tensus: Lucanus in secundo*

et varias ignis tenso dedit aere formas.

tentus tamen etiam a teneor fit. potest tamen etiam nomen esse intentus, unde intentior intentissimus. tentorium quoque hinc derivatur et tentigo et tenor.

6 Cuius numeri? Pluralis *om. CGS* 14 nemo ergo dicit haec futuens nisi figurate in quo *CG* 16 in quo] quod *S* 17 in feminino *om. CG* 18 nisi quod in huiuscemodi quoque possumus figurate masculinis quoque generibus taliter adiungere *S* 26 dicuntur *S* dic igitur *C* dic ergo *G* 33 *lacunam indicavi, qua Lucani versus* II 6, 3 tensisque rudentibus actae *excidit quem versum una cum hoc, qui est in primo libro v.* 531, *posuit Priscianus p.* 892. 34 et uaria signi *C*: uarias tenso aere formas *S* 35 tentus — 37 tenor *om. S*

p. 1235. 36 P. p. 302. 3 K.

65 Q u e quae pars orationis est? Coniunctio. Qualis? Copulativa. Cu||ius ordinis? Postpositivi.

O r a quae pars orationis est? Nomen appellativum neutrum plurale simplex, casus in hoc loco accusativi. idem tamen est semper in neutris nominibus et nominativus et accusativus et vocativus. Dic singulare. Os oris. nam si correpte os dicas, aliud significat, et ossis dicis genetivum.
66 Fac diminutivum. Oscillum, osculum et ex hoc osculor oscularis. ostium quoque inde derivatur, ex quo ostiarius et ostiatim. oro quoque verbum ab ore est et oraculum.

T e n e b a n t quae pars orationis est? Verbum activum perfectum indicativo modo dictum, temporis praeteriti imperfecti, numeri pluralis, personae tertiae, coniugationis secundae. Declina. Teneo tenebam et cetera. | Quam aliam formam facit hoc verbum? Frequentativam, tento tentas. [composita attineo retineo contineo sustineo pertineo continens continentia retinaculum, derivativa tenax tenacitas.]

III.

POSTQVAM RES ASIAE PRIAMIQUE EVERTERE GENTEM.

67 Scande versum. Postquam res Asi ae Pria mique e vertere gentem. Quas habet caesuras? semiquinariam et semiseptenariam. Quot habet figuras? Decem. habet enim tres dactylos et duos spondeos. Divide singulos pedes. Postquam res Asi ae Pria mique e vertere gentem. Quot partes orationis habet hic versus? Septem. Quot nomina? Quattuor. Quae? Res Asiae Priami gentem. Quot verba? Vnum, evertere. Quid aliud? Adverbium, postquam, et coniunctionem, que. Tracta singulas partes.
68 P o s t q u a m quae pars orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet. Quot accidunt adverbio? Significatio et figura. comparatio enim non omnibus accidit adverbiis; accidentia vero debent generalia esse et communia omnibus speciebus eius dictionis cui ac|cidunt. ergo melius est pro comparatione addere accidentibus adverbio speciem. quaedam enim adverbiorum sunt *πρωτότυπα*, id est primitiva vel primae positionis, quae-

7 oscillum. *A* fac diriuatiuum *M* osculum *S* : oscillum est parva facies, id est larva, quae rustice dicitur talamasca . et Vergilius (*georg.* II 389) 'oscilla et (*l.* ex) alta suspendunt mollia pinu'. oscilla vero dicuntur parva ora, imagines videlicet, quae fiunt ex ligno et vestibus, quas vulgo badestel vocant . dicuntur autem a verbo cillere, id est movere . inde dicuntur forcillae, unde moventur frumenta vel hordea . oscillum (*l.* osculum) et basium et suavium idem est; sed quidam faciunt differentiam, oscillum religionis, basium amoris, suavium voluptatis *L* 8 oro — 9 oraculum *om. S* 13 composita — 15 tenacitas *om. S* 16 TRACTATUS PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM INICIATUR EIUSDEM COMMENTARIUM IN PRIMUM UERSUM TERTII LIBRI *C* FINITUR UERSUS SECUNDUS LIBRI AENEIDOS. II. EXPOSITUS A PRISCIANO GRAMMATICO *G* EXPLIC. LIB. II INCIP. LIB. III. *S* 18 Scande — gentem *om. S* gentem. diuide singulos pedes . quas *C* 19 quas — semiseptenariam *post* 20 spondeos *habet S* 20 habet — spondeos *om. CG* divide — 21 gentem *om. C* 26 adiuncta *C*

p. 1236. 37 P. p. 303—5 K.

dam derivativa; primitiva, ut saepe satis, derivativa, ut saepius satius. Postquam igitur cuius est significationis? Temporis. Cuius figurae? Com- 69
positae. Ex quibus? Ex duobus integris, post et quam. Quem habet accentum? Si per se proferatur vel praepostere, acutum, in versu | autem gravem. Dic derivativum a post. Posterus postera posterum posteritas, huius comparativum posterior, superlativum postremus; et aliud posticus postica posticum et postea et posthaec et postmodo. postēs quoque inde videntur dictae, quod post fores stant. posthumus etiam ab hoc est compositum et postliminium et pomoerium, quasi post murum, et post- habeo.

Res quae pars orationis est? Nomen. Quid est nomen? Pars ora- 70
tionis et cetera. Quot accidunt nomini? Quinque. Quae? Species genus numerus figura casus. Cuius est speciei? Appellativorum generalis. Quamvis enim quidam grammatici incorporalia soleant res dicere, tamen vera ratione omnia quae sunt, sive corporalia sive incorporalia, res possunt nominari, sicut hic res Asiae dixit pro opes, et res publica et res familiaris et res uxoria. ergo, sicut supra diximus, significationem habet generalem et est primitivum. Fac igitur ab eo derivativum. Recula. quidam et reum 71
inde dictum putant, quod rei alicui obnoxius est. Cuius est generis? Feminini. Cur? Quia omnia nomina quintae declinationis feminina sunt excepto dies, quod in singulari numero tam masculinum quam femininum invenitur, in plurali vero masculini dumtaxat. est etiam nomen quod ab eo componitur, hoc est meridies, masculini. cur autem quintae est declinationis, in regulis quas de nomine scripsimus invenies. Cuius est numeri? Hic pluralis. Vnde hoc possumus scire? || Quia addit evertere. verbum enim everto accusativo singulari vel plurali necesse est adiungi; singularis autem accusativus rem est. Cuius est figurae? Simplicis. Fac compositum 72
ex eo quod est res. Respu|blica resuxoria. Cuius est casus? Accusativi pluralis. omne autem nomen quintae declinationis nominativum singularem et vocativum et nominativum pluralem et accusativum et vocativum similem habet. Dic regulam in es productam terminatorum nominum consonante antecedente. Omnia in es productam terminantia nomina consonante antecedente tertiae sunt declinationis, ut verres verris, caedes caedis, Vlixes Vlixis, Achilles Achillis; et omnia pares habent syllabas in nominativo et genetivo exceptis locuples locupletis, merces mercēdis, heres heredis, Ceres Cereris, pes pedis, et praeterea quintae declinationis res rei, spes spei, fides fidei. antiqui vero et pleb'es plebei dicebant, quod nunc plebs plebis dicimus, et fames famei, quod nunc famis.

4 vel praepostere *om. S* in uersu autem in grauem conuertitur *S* 5 Dic *G* Da *C*: Dic — 9 posthabeo *om. S* 7 posthac et postmodum *ς* 8 postumus *G* 11 Quid est — 13 casus *om S* 12 species *C* qualitas *G* 18 rescula *CS* quidam — 19 obnoxius est *om. S* 24 in regulis quas de nomine scripsimus] *p.* 1305. 704 31 habent *CGS* 36 pes pedis *G* pes pidis *C* perpes perpetis *S* 37 dicebant *C* declinauerunt *S*, *om. G*

p. 1237. 38 P. p. 305. 6 K.

73 Asiae quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. omnia enim nomina provinciarum et urbium et montium et fluviorum et hominum et deorum vel aliarum rerum individuarum propria sunt. Cuius est speciei? Primitivae. Fac ab eo derivativum. Asius Asia Asium. nec mirum. in multis enim provinciarum nominibus invenis similia esse derivativa primitivis et appellativa propriis, ut Italus proprium est et gentile. similiter
74 Danaus Latinus Hispanus Siculus et Sicanus. Dic et aliud derivativum ab eo quod est Asia. Asianus et Asiaticus. et invicem supra dicta tria pro sese proferri possunt. proprie autem Asius possessivum est, Asianus | gentile, Asiaticus victoriae. Cuius declinationis est Asia? Primae. Quare? Quia omnia in a desinentia masculina vel feminina vel communia primae
75 sunt declinationis. Cur, cum litterarum nulla mutatio fa||cta sit, accentus mutatur? Quia a finalis apud Graecos producitur, apud nos correpta est, accentus quoque apud nos mutatio facta est. hoc tamen scire debemus, quod, sive temporis sive litterarum fiat in nominativo commutatio, melius facimus, si accentum ad Latinitatem proferimus, exceptis patronymicis, quae per omnes casus magis Graecorum sibi defendunt accentum, quia servant Graecum nominativum, ut Priamides Priamidae. licet tamen etiam in illis accentum servare Latinum, quae cum sint Graeca, non tamen aliena videntur formulis terminationum Latinarum, ut Creusa Arethusa. quae cum Latine proferuntur, licet ea in nominativo etiam circumflecti in paenultima syllaba. non est tamen absurdum, si Graecum accentum servabimus in nominativo dumtaxat.

76 Priami quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius est speciei? Derivativae ἀπὸ τοῦ πρίασθαι. Fac ab eo derivativum. Possessivum Priameius Priameia Priameium, patronymicum Priamides Priamis. Cuius est generis? Masculini, numeri singularis, figurae simplicis, casus genetivi, declinationis secundae. Quare? Quia omnia nomina cuiuscumque generis apud Graecos in ος desinentia nominativo apud nos mutant ος in us et secundae sunt declinationis, ut *Πρίαμος* Priamus Priami, *Κῦρος* Cyrus Cyri, *Κύπρος* Cyprus Cypri, *Πύλος* Pylus Pyli, *πέλαγος* pelagus pelagi. nam genus genero magis Latinum est, quomodo munus munero. quibus enim huiuscemodi adiacent verba, sine dubio Latina sunt.

77 Que quae pars orationis est? Coniunctio. Cuius potestatis est? Copulativae, ordinis postpositivi, figurae simplicis. Fac ab eo compositum.

3 vel aliarum rerum individuarum *om. S* 4 primitiuae *CG* proprie . est enim a proprio asio *S* 8 pro sese *S* pro possessiua *C* pro possessiuis *G* 9 proprie autem asius et asiaticus possessiua sunt inueniuntur autem haec eadem etiam propria ut scipio asiaticus possessiua sunt asianus (assianus *C* gentile asiaticus uictoriae *CG* 16 exceptis patronomicis quae *S* patronomica *CG* 17 quia seruant Graecum nominatiuum *om. S* 20 latinorum *GS* ut Creusa Arethusa *om. CG* 21 proferuntur *S* proferantur *G* proferatur *C* in penultima — 22 absurdum *om. S* 22 si] et si *G* et sic *C* si *super scripto* et *S* et seruabimus *C* 32 genus a genero *S* munus a munero *S*

At||que neque itaque quoque. Cuius est accentus? Encliticum est, id est suum accentum inclinat in syllabam extremam antepositae dictionis. hoc autem et aliae duae coniunctiones habent, id est ne et ve.

Evertere quae pars orationis est? Verbum. Cuius modi? Infinitivi, 78 formae perfectae, coniugationis tertiae correptae. Qua||re? Quia e correptam habet paenultimam. Cuius est generis vel significationis? Activae, figurae compositae. Ex quibus? Ex duobus integris, e praepositione et verto verbo. temporis praesentis et praeteriti imperfecti: numeros enim et personas infinita non habent, unde et nomen acceperunt a defectione numerorum et personarum. Declina. Everto evertebam everti everteram 79 evertam; imperativo modo everte evertito; optativo modo utinam everterem evertissem evertam; subiunctivo modo cum evertam everterem everterim evertissem evertero; infinitivo modo evertere evertisse eversum ire vel eversurum esse; impersonalia evertitur evertebatur eversum est vel eversum fuit, eversum erat vel eversum fuerat, evertetur; imperativo modo evertatur evertitor. optativo modo utinam everteretur, eversum esset vel eversum 80 fuisset, evertatur; subiunctivo modo cum evertatur, everteretur, eversum sit vel eversum fuerit, eversum esset vel eversum fuisset, eversum erit vel eversum fuerit; infinitivo modo everti, eversum esse vel eversum fuisse, eversum iri. gerundia vel participialia evertendi evertendo evertendum eversum eversu; participia activa evertens eversurus, passiva eversus evertendus. Cur everto everti praeteritum facit? Quia hoc solum ante t r 81 habuit in hac coniugatione, id est tertia, et mutavit o in i et fecit praeteritum. in participio tamen praeterito passivi pro t s habuit, eversus. etiam everror verbum eversus facit participium eiusdem temporis. Fac ab eo frequentativum. Everso eversas eversat. et sciendum, quod plerumque solent frequentativa a participiis praeteriti temporis fieri, ut scribo scriptus scripto scriptas scriptat, domo domitus domito | domitas domitat, curro cursus curso cursas cursat et cursito cursitas cursitat: ergo et verto versus verso versas versat. hinc est et versutus et Vertumnus et vertex et vertigo et verticulum et versura.

Gentem quae pars orationis est? No||men. Quale? Appellativum, 82 generis feminini, numeri singularis, figurae simplicis, casus accusativi. Dic nonfinativum. Gens gentis. Quare? Quia omnia in ns et rs et ls desinentia interposita ti faciunt genetivum, ut mons montis, Mars Martis, puls pultis, exceptis differentiae causa frons et lens. quae cum faciunt per tis genetivum, significat Graece frontis τὸ *μέτωπον* et lentis *τὴν φακήν*; cum

1 atque neque itaque quoque *G* atque itaque quoque *C* atque usque itaque *S* 3 habent id est *om. CG* 24 uersus *CGS* 25 etiam et uersor uerbum uersus facit *G* etiam euertor uerba uersus facit *C* etiam in uerror uerbo uersus fit *S* 26 euerso euersas euersat *C* euerto tas tat *G* euertito euertitas euertitat *S* 28 scripto tas tat *G* et scripto scriptas scriptat *C* scriptito scriptito scriptitas scriptitat *S* 29 cursitat uideor uisus uiso uisas uisat ergo *S* 31 uersura *GS* uersutia *C* 35 interpositione ti *CG*

p. 1240. 41 P. p. 309. 9. K.

autem per dis faciunt genetivum, significat frondis *τὴν φυλλάδα*, lendis au-
83 tem *τὸ κονίδιον*. praeterea glans vecors concors discors. libripens, quia a verbo pendo componitur, consonantem verbi servat, faciens genetivum per dis, libripendis. Fac ab eo derivativum. Hic et haec gentilis et hoc gentile. videtur etiam genus a gente derivari, unde et genius et generalis et generosus, et composita indigena ingenuus degener.

IIII.

AT REGINA GRAVI IAM DVDVM SAVCIA CVRA.

84 Scande versum. At re gina gra vi iam dudum saucia cura. Dic caesuras. Semiquinaria, at regina gravi. Quot figurarum est? Decem. habet enim tres spondeos et duos dactylos. Tracta pedes. *Atre ginagra viiam dudum saucia cura.* Partes orationis quot habet? Septem. Quot nomina? Quattuor, regina gravi saucia cura. Et quid aliud? Vnam coniunctionem, at, et duo adverbia, iam dudum. Tracta singulas partes.

At quae pars orationis est? Coniunctio. Quid est coniunctio? Pars
85 orationis adnectens ordinansque sententiam. Quot accidunt coniunctioni? Tria, potestas ordo figura. Cuius est potestatis? Copulativae; est tamen | etiam et adversativae, quam Graeci *ἐναντιωματικόν* vocant, sicut etiam hic. nam Aenea quiescente regina turbatur, quod est contrarium. Cuius est ordinis? Communis: licet enim etiam postponere eam, quomodo et; sed metri causa, quod fere in omnibus potest inveniri praepositivis coniunctioni-
86 bus. Cuius figurae est? Simplicis. Fac ab eo compositum. Atque. Quem habet accentum? Gravem in versu, quomo||do omnes praepositivae coniunctiones.

Regina quae pars orationis est? Nomen. Quid est nomen? Pars orationis et cetera. Quot accidunt nomini? Sex, qualitas species genus numerus figura casus. Cuius est speciei? Derivativae. Dic primitivum.
87 Rex. Hoc quoque unde nascitur? A rego verbo; unde genetivum in gis terminat. dicitur autem hoc nomen nec, in totum fixum nec in totum mobile; et omnia, quaecumque masculinum tertiae habent declinationis, femininum faciunt primae, ut rex regina, leo leaena et lea, draco dracaena, hospes hospita, sospes sospita, leno lena, strabo straba, et siqua similia

2 praeterea glans uecors concors discors libripens libripendis *C* praeterea libripens libripendis *G* praeterea libripens libripendis quia a uerbo pendo componitur consonantem uerbi seruat faciens genetiuum per dis libripens libripendis *S, in quo haec post* G degener *posita sunt* 5 uidetur enim genus a gente *G* uidetur etiam gens a genus *C* uidetur etiam gens a genere *S* 7 TRACTATIO PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM TERTII LIBRI AENEIDOS CONSUMPSI INCIPIT EIUSDEM INPRIMUM UERSUM *C* UERSUS LIBRI TERTII EXPLICIT *G* 11 tracta pedes partes orationis *S* tracta.partes orationis *CG* 17 est etiam tamen aduersatiuae *G* 25 pars orationis et reliqua *Δ* quot accidunt nomini. *M* qualitas et reliqua.cuius *S* pars orationis quot accidunt nomini. Cuius *C* 29 hoc nomen nec *C* hoc nec *GS* hoc *γένος κοινὸν ἀνομοιοκατάληκτον* nec *ς* 30 quaecumque *S* quae cum *CG* habeat *G* 31 faciunt *om. CG*

p. 1241. 42 P. p. 309—11 K.

inveniuntur. est autem hoc nomen, id est rex et regina, verbale, quia a verbo nascitur. ex hoc tamen quoque fit verbum denominativum, id est a nomine derivatum, regno regnas regnat. Quale est? Appellativum, generis 88
feminini, numeri singularis, figurae simplicis, casus hic nominativi, declinationis primae. Quae nomina ex eo derivantur, hoc est a rege? Regius et regalis. Et quid interest inter regius et regalis? Regius possessivum, regalis vero ad claritudinem pertinet, id est dignus rege. Dic diminutivum eius. Regulus et regillus, quae etiam propria inveniuntur. inde puto etiam regulam dici, qua mensura exaequatur, quasi mensuram regens. Dic compositum ex eo. Interrex, regificus.

Gravi quae pars orationis est? Nomen. Quale? Adiectivum. Cuius 89
speciei? Primitivae, generis communis; omnia | enim adiectiva in is desinentia communia sunt et in e faciunt neutrum: numeri singularis, figurae simplicis, casus ablativi. omnia enim supra dictae formae nomina in i terminant ablativum. Fac ab eo derivativum. Gravior gravissimus gravitas et gravida. hinc et grandis et grando et verbum gravo.

Iam quae pars orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? pars 90
orationis quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet. Quot accidunt adverbio? Tria. Quae? Species significatio figura. Cuius est speciei? Primitivae, significationis temporalis, figurae simplicis. Quem habet accentum? Gravem, ut omnia fere monosyllaba praepositiva, nisi differentiae ratio prohibeat, ut ne, quando μή significat, gravatur; quando vero τὸ πάνυ, circumflectitur. sic, quando similitudinis est, circumflectitur, quando iurandi, gravatur, ut Virgilius in bucolicis

sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Dudum quae pars orationis est? Adverbium est temporis. et scien- 91
dum, quod utrumque, hoc est iam et dudum, non solum de praeterito tempore dicitur sed etiam de futuro, ut in secundo Aencidos 'iam dudum sumite poenas', quomodo etiam quando aliquando olim umquam. haec enim omnia tam praeteritum quam futurum possunt significare. et putant quidam dudum quasi diu dum dici: haec enim syllaba, id est dum, solet expletiva inveniri, ut quidum agedum adesdum.

Saucia quid est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Derivativae sive participialis. nam a participio sauciatus nascitur saucius, quomodo a lassatus lassus et a laceratus lacerus vel | lacer: sic enim Ovidius in sexto metamorphoseon.

Cura quid est? Nomen. Quale? Appellativum ipsius rei; potest

5 hoc est *om. GS* 16 et gravida — grando *om. S* et grandis et grande *C* 21 ut omnia *Lindemannus* et omnia *CGS* 24 in bucolicis] 9, 30 25 cirneus *C* grynea *G* grinei *S* 28 in secundo Aeneidos] *v.* 103 32 adesdum *CG* adeodum *S* 34 nascitur sine saucius *C* nascitur siue saucus *G* nascitur ꝺ saucius *S* 35 lacerus uel lacer *C* lacerus lacer *G* lacerus l'lacessus *S* sic — 36 metamorphoseon *om. SL* 36 in sexto metamorphoseon] *v.* 562 saepe sua lacerum repetisse libidine corpus

92 tamen et dea aliqua intellegi. scimus enim quod Virgilius in sexto Aeneidos apud inferos inter monstra habitantia in faucibus inferorum ponit etiam curas quasi deas aliquas, dicens

Luctus et ultrices posuere cubilia Curae.

et quaeritur verbum ex re an res ex verbo nascitur? et potius antecedit verbi actus in hoc, quo sine res esse non potest. nec enim cursus intellegi potest sine currente nec cogitatio sine cogitante: sic ergo nec cura sine curante. videtur ergo esse derivativum verbale a verbo curo curas curat. Dic nomina derivativa ex eo. Curiosus curalulus curator curatio curatura curia curialis; composita securus scurra obscurus triscurrium. et quidam putant ab eo curam dici, quod cor agitat.

V.

INTEREA MEDIVM AENEAS IAM CLASSE TENEBAT.

93 Scande versum. Intere a medi um Aene as iam classe te nebat. Quot habet caesuras? Vnam. Quam? Semiseptenariam, interea medium Aeneas. Quot figurarum est? Decem. habet enim tres dactylos et duos spondeos. Tra|cta singulos pedes. Interea et cetera. Quot partes orationis habet hic versus? Sex. Quot nomina? Tria. Quae? Medium Aeneas classe. Quot verba? Vnum, tenebat. Quid aliud? Duo adverbia, interea et iam. Tracta singulas partes.

94 Interea quae pars orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis et cetera. Quot accidunt adverbio? Tria, significatio species figura. nam comparatio non est generale accidens omni adverbio, speciem autem omnia habent adverbia. sunt enim vel primitiva vel derivativa. Cuius significationis est hoc adverbium? Tem|poris; potest tamen esse et loci. Cuius est speciei? Derivativae: ab in enim derivatur inter, ex quo hoc adverbium componitur. Cuius est figurae? Compositae. Ex quibus? Ex integro et corrupto, inter et ea. ideo autem corruptum dicimus ea, quia, cum sit neutrum plurale, corripi debuit. sed quia factum est adverbium, producit a. in omni enim adverbio a finalis producitur excepto ita. potest tamen et ablativus intellegi singularis, qui in compositione solet huiuscemodi inveniri, ut quacirca quapropter.

95 Medium quae pars orationis est? Nomen. Quid est nomen? Secun-

1 de aliqua re intelligi *S* de alia re intelligi ς 3 dicens Luctus et *om. GS* : *Verg. Aen.* VI 274 6 actus qd' **** (*corr.* quo sine) res *S* actus in hoc nomine, quia sine re ς 9 Dic — 11 agitat *om. S* 10 securus scurra obscura *G* securus secura obscurus *C* tricurium ς triscurium ex triplice et cura . et dicitur triscurium quasi triplex et multiplex cura . triplex enim pro multiplici ponitur, veluti ternarius numerus, qui pro multiplici similiter ponitur . vel triscurium genus est ludi et venit a cura *L* 11 quod cor urat uel agitet ς 12 COMMENTARIUM PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM QUARTI LIBRI AENEIDOS FINIT ORDITUR EIUSDEM INI PRIMUM UERSUM QUINTI LIBRI *C* UERSUS QUARTI LIBRI FINITUS EST *G* LIB. V. INCIP. *S* 32 quacirca *CG corr.* quocirca *S* quocirca ς

p. 1213. 44 P. p. 312—14 K.

dum Donatum pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans, secundum Apollonium pars orationis quae singularum corporalium rerum vel incorporalium sibi subiectarum qualitatem propriam vel communem manifestat. Quot accidunt nomini? Sex, qualitas species genus numerus figura casus. nam comparatio generale accidens non est. Quale est hoc nomen? Appellativum. Cuius est speciei? Adiectivae; est tamen et ad aliquid et mobile. et videtur etiam derivativum esse a modo, hoc est a mensura, unde est et modius, et differentiae causa medius mutavit o in e: vel a Graeco dictum est, *μέσος* medius. sciendum tamen, 96 quod omnia adiectiva in us desinentia mobilia sunt excepto vetus veteris, quod antiquissimi veter | dicebant. Cuius est generis? Neutri. Dic masculinum. Medius, ex quo fit media medium. omnia enim tam in us quam in er desinentia adiectiva, si sint secundae declinationis, cum apud Graecos vel communia inveniantur vel mobilia, apud nos sine dubio mobilia sunt, ut *ὁ εὐτυχὴς καὶ ἡ εὐτυχὴς καὶ τὸ εὐτυχές* hic fortunatus haec fortunata hoc fortunatum, *ὁ ἀγαθὸς ἡ ἀγαθὴ τὸ ἀγαθόν* || bonus bona bonum, *ὁ ὁπλοφόρος ἡ ὁπλοφόρος τὸ ὁπλοφόρον* armiger armigera armigerum, *ὁ ἱερὸς ἡ ἱερὰ τὸ ἱερόν* sacer sacra sacrum. Cuius est numeri? Singularis, figurae 97 simplicis, casus hic accusativi. tenebat enim verbum accusativum exigit. est tamen in omnibus neutris idem casus nominativus et accusativus et vocativus. Cuius est declinationis? Secundae: omnia enim in um desinentia sine dubio secundae sunt declinationis. Fac ab eo derivativum. Me- 98 dietas mediocris meditullium. mediastinus quoque inde videtur componi, quia medias partes balnei tenet, hoc est in medio lavantium stat. Dic aliud compositum. Mediterraneus et mediana. adverbium medic. verbum ab eo compositum dimidio dimidias dimidiat, unde et dimidiatus.

Aeneas quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius 99 est speciei? Primitivae, generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis, casus nominativi. | Quotae est declinationis? Primae. Cur? Quia omnia Graeca in as desinentia, si apud illos per *ov* diphthongon efferunt genetivum, apud nos sine dubio primae sunt declinationis, *Αἰνείας Αἰνείου* Aeneas Aeneae. antiqui tamen huiuscemodi nomina absque s solebant proferre, quod Terentius ubique facit, Sosia Byrria Chaerea Geta ponens, ut in Andria

aut tu aut hic Byrria;

et Iuvenalis,

ceu Marsya victus.

1 secundum Donatum] *p.* 1743 2 secundum Apollonium] *cf. Priscian. p.* 577 singularium *C* 3 sibi subiectarum *G* sibi subiectorum *C* subiectorum *S* 4 manifestat *CG* significat *S* 10 adiectiua appellatiuorum in us *CG* et mobilia *CG* 23 meditullium. medicus quoque uidetur inde dictus quia temperantia medium est inaequalitatis quae solet fieri ex contrariis elementis. mediastrinus inde *S* mediastrium *C* mediatinus *G* 25 mediana *S* mediamna *C* medimna *G* 33 birria *S* cerea *G* 34 in Andria] II 1, 33 35 aut tu aut hic *S* aut tua hic *G* aut uia aut hic *C* birria *S* 36 Iuvenalis] 9, 2 37 marsia *CGS*

p. 1244. 45 P. p. 314. 15 K.

Fac derivativum ab eo quod est Aeneas. Possessivum Aeneius Aeneia Aeneium, et secundum Apuleium Aeneanicus Aeneanica Aeneanicum: sic enim ponit in epitomis historiarum, 'Aeneanica gens.' patronymicum Aeneades secundum analogiam. nam in as vel in es desinentia, si faciunt in ov
100 genetivum Graecum, in ades faciunt patronymica. itaque hoc ubique usus est poeta, ut in octavo Aeneidos

Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant,

et in primo 'defessi Aeneadae'. in uno tamen loco auctoritate poetica usus Aenides dixit, in nono

sit satis, Aenide, telis inpune Numa|num
oppetiisse tuis,

quasi ab Aeneus nominativo, sicut a Peleus Pelides. unde etiam poemati suo Aeneis inscripsit, quod est femininum Aeneidae, quod per synaeresin Aeniden dixit, sicut pro Peleides Pelides. ceterum secundum analogiam ab Aeneade Aeneas debebat dici.

101 Iam quae pars orationis est? Adverbium. Cuius est significationis? Temporalis. Cu|ius speciei? Primitivae. Cuius figurae? Simplicis. Quem accentum recipit? Per se acuitur, in versu autem gravatur, nisi encliticum ei adiungatur: tunc enim acuitur.

Classe quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Secundum quosdam derivativae: quidam enim derivatum esse ἀπὸ τῶν κάλων putant. est autem ὁμώνυμον vel univocum. nam plura significat, id est et navium multitudinem et hominum collegia, quae Graeci σπείρας vocant, et equitum ordines. Fac derivativum. Classicus classica
102 classicum. sonitus quoque tubarum classicum inde nominatur, quia classes equitum ordines vocantur, ut dictum est, qui maxime utuntur tubis.

Tenebat quae pars orationis est? Verbum. Verbum quid est? Secundum Donatum pars orationis cum tempore et persona sine casu, secundum alios pars orationis cum tempore et modis sine casu actum vel passionem significans. non enim omnia verba personas habent, ut infinita et impersonalia et gerundia; oportet autem definitiones generales esse. Quot accidunt verbo? Qualitas coniugatio genus numerus figura tempus per-

2 aeneanicus aeneaica aeneaicum *S* aeneicus aeneica cum ς 3 epithomis *S* epitonis *CG* aeneaica *S* aeneica ς 4 in as uel in es desinentia si faciunt in oi genetiuum *S* in as si faciunt in y genetiuum *G* in as si faciunt nominatiuum et in ov genetiuum *C* 6 in octavo Aeneidos] *v.* 618 8 in primo] *v.* 157 9 aeneides *corr.* aenides *G* aenides *S* aeneides *C*: *cf. Priscian. p.* 583 in nono] *v.* 653 10 sit satis aenide *C* sit satis aeneidę *G* sic uatis aenide (*rell. om.*) *S* 11 oppetisse *G* 13 per sineresin enidē *G* per sinheraesin aeneides *C* per synalippha aenide *S* 14 sicut pro peleides pelides *S* sicut pelides pelidis *G* sicut pelides *C* 15 ab aeneade aeneas *S* ab aenea aeneas *C* ab aeneas aeneades *G*: *cf. Priscian. p.* 584 21 quidam enim id *Krehlius e codice Monacensi* quidam autem *S* quid autem *C* quidā *G* 23 quae greci CEPAC (ceras *G*) uocant *CG*, *om. S* quae σύλλογον uocant graeci ς quae συμμορίας Graeci uocant *Ald.* 25 classica *CGS* 27 secundum Donatum] *p.* 1754 28 secundum alios] *Priscian. p.* 781

sona. Qualitas verborum in quo est? In modis et in formis. Cuius est 103
modi? Indicativi, formae perfectae, coniugationis secundae, generis sive
significationis activae, numeri singularis, figurae | simplicis, temporis prae-
teriti imperfecti, personae tertiae. Declina. Indicativo modo tempore prae- 104
senti teneo, praeterito imperfecto tenebam, praeterito perfecto tenui, prae-
terito plusquamperfecto tenueram, futuro tenebo; imperativo modo ad se-
cundam et tertiam personam temporis praesentis tene teneat, teneamus
tenete teneant, futuri teneto tu, teneto ille, tenetote, teneant vel tenento;
optativo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto utinam tenerem, 105
praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam tenuissem, futuro utinam
teneam; subiunctivo modo tempore praesenti cum teneam, praeterito im-
perfecto cum tenerem, praeterito perfecto cum tenuerim, praeterito plus-
quamperfecto cum tenuissem, futuro cum tenuero; infinitivo modo numeris
et personis tempore praesenti et praeterito imperfecto tenere, praeterito
perfecto et plusquamperfecto tenuisse, futuro tentum ire vel tenturum esse.
dicitur tamen et a tendo tendis tentum ire vel tenturum esse. sed in illo
etiam tensum ire vel tensurum esse possumus dicere, in hoc autem ten-
tum ire vel tenturum esse dumtaxat; et similiter in omnibus quae per
huiuscemodi voces participiales proferuntur. sunt autem supina duo et
infinitum futuri, nec non etiam praeteritum et infinitum futuri in passivis
et infinita impersonalium, quae similia sunt passivis, tentum esse vel ten-
tum fuisse et tensum esse vel tensum fuisse, tentum iri et tensum iri. 106
Quae differentia est inter infinita passivi et impersonalis? Quia passivum
verbo eget tantummodo, ut 'amari volo': ostendo enim pati me velle ali-
quid ab alio. impersonalis vero infinitum non solum verbo, utpote infini-
tum, sed etiam certa aliqua persona sive per pronomen sive per nomen
eget, utpote impersonale. si enim dicam 'amari a me volo', pro amare
accipitur, quod est activum. impersonale enim semper activam vim habet.
gerundia tenendi tenendo tenendum tentum tentu. participia veniunt a
verbo activo duo, praesentis temporis et futuri, praesentis tenens, futuri
tenturus. Declina etiam passivum. Indicativo modo tempore praesenti 107
teneor, praeterito imperfecto tenebar, praeterito perfecto tentus sum vel
tentus fui, praeterito plusquamperfecto tentus eram vel tentus fueram,
futuro tenebor; imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam
personam tenere teneatur, teneamur tenemini teneantur, futuro tenetor tu,
tenetor ille, teneminor teneantur vel tenentor; optativo modo tempore prae-
senti et praeterito imperfecto utinam tenerer, praeteri|to perfecto et plus-
quamperfecto utinam tentus essem vel tentus fuissem, futuro utinam tenear;
subiunctivo modo tempore praesenti cum tenear, praeterito imperfecto cum
tenerer, praeterito perfecto cum tentus sim vel tentus fuerim, praeterito

20 etiam inperatiuo et futuro infiniti passiuis *C* etiam praeteritum in passiuis *S* etiam in passiuis *G* 35 tenemini *S* tenuemini *C* teneamini *G*

plusquamperfecto cum tentus essem vel tentus fuissem, futuro **cum tentus**
108 ero vel tentus fuero; | infinitivo modo teneri, tentum esse **vel tentum** fuisse, tentum iri. participia veniunt a verbo passivo duo, **praeteriti tentus**, futuri tenendus. nomen verbale masculinum tentor, femininum **tentrix**, ipsa res tentio. Cur teneo tenui et teneor tentus sum facit **praeteritum?** Quia omnia in neo desinentia sic faciunt praeteritum, ut **moneo monui et** moneor monitus sum, seneo sennı, exceptis maneo mansi et maneor **mansus** sum et neo nevi neor netus sum.

VI.

SIC FATVR LACRIMANS CLASSIQVE IMMITTIT HABENAS.

109 Scande versum. Sic fa tur lacri mans clas sique im mittit ha benas. Dic caesuras. Semiquinariam, *sic fatur lacrimans*, et semiseptenariam, sic fatur lacrimans classique. Quot figurarum est hic versus? Decem. Cur? Quia habet duos dactylos et tres spondeos. Tracta singulos pedes. Sicfatur et cetera. Quot partes orationis habet iste versus? Septem. Quot nomina? Duo. Quae? Classi habenas. Quot verba? Duo, fatur immittit. Quot participia? Vnum, lacrimans. Quid aliud? Adverbium, sic, et coniunctionem, que. Tracta singulas partes.

Sic quae pars orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet. Quot accidunt adverbio? Tria, significatio species figura. Cuius est significationis? Similitudinis, speciei primitivae, figurae simplicis. et sciendum, quod omnia in c desinentia adverbia producuntur excepto donec: nam
110 nec inter coniunctiones ponunt. Quem accentum habet sic? Circumflectitur, nisi sit iurandi: tunc enim gravatur, ut apud Virgilium in bucolico

sic tua Cyrneas fugiant examina taxos;

et quando ut vel uti subiungitur ei, ut 'sic ut dixit', 'sic uti iussit.'

Fatur quae pars orationis est? Verbum. Quid est verbum. Pars orationis cum tempore et modis sine casu actum vel passionem significans. Verbo quot accidunt? Septem, qualitas coniugatio genus numerus figura tempus persona. Qualitas verborum in quo est? In modis et in formis. Cuius est modi? Indicativi, formae perfectae, coniugationis primae. Cuius est generis vel significationis? Deponentis, numeri singularis, figurae simplicis, temporis praesentis, perso|nae tertiae. Declina. For, fabar, fatus sum vel fatus fui, fatus eram vel fatus fueram, fabor; imperativo modo

4 uerbale tenetor tenetrix *G* 6 in eo *S* in co *CG* 9 EXPOSITIO PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM QUINTI LIBRI AENEIDOS EXPLICAT INCOAT EIUSDEM IN PRIMUM UERSUM . VI. LIBRI *C* UERSUS QUINTI LIBRI FINITUS EST *G* 10 classisque *CG* 11 Scande — 18 partes *om. S* classisque *G* 12 sic fatur lacrimans *om. CG* 13 classisque *G* 16 classis *G* 25 in bucolico] 9, 30 26 cyrneas *C* gryneas *G* : g . f. e.t. *S*

p. 1248. 49 P. p. 319. 19 K.

tempore praesenti ad secundam et tertiam personam fare fetur, femur famini fentur. nam in prima coniugatione imperativo modo secunda per- 111
sona paenulti|mam habet a, tertia vero e, quam servant prima et tertia pluralis persona: nam secunda indicativum sequitur suum in omni coniu-
gatione, amare ametur amemur amamini amentur. in secunda vero coniugatione secunda quidem persona productam habet e paenultimam, tertia autem a post e, quam servant prima et tertia pluralis, ut docere doceatur doceamur docemini doceantur. in tertia coniugatione e correptam habet paenultimam secunda persona, ut legere, tertia vero a, quam servant prima
et tertia pluralis, ut legere legatur legamur legimini legantur. in quarta 112
i productam habet paenultimam, ut munire, tertia vero a post i, quam servant prima et tertia pluralis, ut munire muniatur muniamur munimini muniantur. sed haec in regulis verbalibus latius tractata invenies. futuro fator tu, fator ille, faminor, fentur vel fantor. optativo modo tempore 113
praesenti et praeterito imperfecto utinam farer, praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam fatus essem vel fatus fuissem, futuro utinam fer; subiunctivo modo tempore praesenti cum fer, praeterito imperfecto cum farer, praeterito perfecto cum fatus sim vel fatus fuerim, praeterito plusquamperfecto cum fatus essem vel fatus fuissem, futuro cum fatus ero vel fatus
fuero; infinitivo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto fari, praeterito perfecto et plusquamperfecto fatum esse vel fatum fuisse, futuro fatum iri; gerundia fandi fando fandum fatum fatu. participia veniunt a verbo deponenti tria, praesens praeteritum et futurum, praesens fans, unde et infans qui loqui non potest, praeteritum fatus fata fatum, futurum fa-
turus fatura faturum. et sciendum, quod in omni verbo, quod habet par- 114
ticipium praeteriti temporis, ex hoc per interpositionem ru facimus futurum, ut amatus amaturus, do||ctus docturus, dictus | dicturus; sic et fatus faturus: exceptis paucis, mortuus moriturus, in quo secundum analogiam moritus debuit esse praeteritum. nullum enim participium geminat u.
similiter orior ortus oriturus pro orturus, partus pariturus, erutus eruiturus, cassus cariturus. sed haec quoque in regulis verborum latius tractavimus. Cur impersonale non habet hoc verbum? Quia nullum in r desi- 115
nens generat ex se impersonale, id est nec passivum nec commune nec deponens, excepto uno miscreor, quod miseret impersonale facit ex contrario illorum quae ex activis vel neutris nascuntur. nam pleraque illorum vel magis omnia exceptis paucis passivam habent declinationem tertiarum

2 famini *S* femini *C*, *corr.* famini *G* 3 seruant tres plurales personae ut amare *S* 5 amamini *G* amemini *CS* 7 eamque seruant tres plurales ut *S* 8 doceamini *S* 9 seruant prima secunda et tertia pluralis ut *G* seruant plurales omnes ut *S* 10 legamini *S* 11 quam tres plurales seruant ut *S* 12 muniamini *CS* 13 in regulis verbalibus] *p.* 1317 14 faminor fentor uel fantor *G* faminor fentor uel fanitor *C* f minor fentur uel fantor *S* 31 cassus *Lϛ* casus *CGS* caritus *Ald.* 31 cariturus *corr.* casiturus *G* in regulis verborum] *p.* 919 *sqq.* 880

personarum, ut statur sedetur amatur quiescitur itur. excepta vero sunt contingo contingit, placeo placet, evenio evenit, vaco vacat, iuvo iuvat, in quibus tertiae activae personae vel neutrali similia sunt impersonalia.
116 nam paenitet taedet piget pudet licet libet positiva sunt, quamvis libeo et liceo dicatur; sed alterius sunt significationis. libeo enim τὸ πελιδνοῦμαι, liceo vel liceor ὑπερθεματίζω significat. antiquissimi tamen et paeniteo et pudeo et pigeo et misereo dicebant. nomen verbale vel participiale fandus fanda fandum. pleraque enim verba etiam si participia futura passiva non habent, nomina tamen formae huiuscemodi pleraque habere inveniuntur. praeteriti quoque pleraque participia in tus desinunt et mutant us in or et faciunt nomen verbale, ut amatus amator, doctus doctor, lectus lector, munitus munitor. sic ergo fatus fator possumus dicere. antiqui tamen etiam passive proferebant fatus pro dictus dicentes. unde fatum dictum et iussum dei. id enim esse dicit Plato fatum, voluntatem et iussionem
117 dei. Fac compositum ab eo quod est for. Adfor adfaris adfatur, ut apud Virgilium in secundo Aeneidos

adfaturque | deos et sanctum sidus adorat.

et sciendum, quod rarissime simplicis prima persona invenitur in usu for, quomodo et || dor. ipsa res fatus et fatio et fatum. inde putant quidam etiam fas et nefas dictum esse, quod iustum est dici vel taceri. ex quo fasti et nefasti dies et fasti τὰ ἡμερολόγια. Cur participium huius verbi praeterito tempore a habet ante tus? Quia omnia quae in avi faciunt praeteritum in activis et omnia communia vel deponentia primae coniugationis in atus, a paenultima producta, praeteriti participium faciunt, ut amo amavi amatus, accuso accusavi accusatus, osculor osculatus, criminor criminatus, vagor vagatus, luctor luctatus.

118 Lacrimans quae pars orationis est? Participium. Quid est participium? Pars orationis partem capiens nominis partemque verbi. Quot accidunt participio? Septem. Quae? Genus numerus figura casus tempus significatio forma. Cuius est generis? Communis trium generum. omnia enim participia praesentia trium generum sunt et in duas desinunt consonantes, n et s. nam etsi naturaliter quaedam verba ad solos pertinent

1 sunt a contingo *GS* sunt a placeo placet ab accido accidit a contingo *C* 3 tertiae similia sunt actiuae personae uel neutrali inpersonalia (inpersonalium *S*) *CGS* 4 libet liquet oportet miseret décet possessiua sunt *C* 5 libeo — 6 significat *om. S* το πελιδνουμαι *C* το πηλανουμαι *G* 6 ηπυθοματυξο *corr. in marg.* υπερθεματιζω *G* επυθεματυζω *C* ἐπιθεματίζω *Ald.* 13 fatum dictum et iussum dei deinde enim dicit esse *C* fatum pro dictum et iussum dei id enim dicit *G* fatum dictum est ad * * (adeo *s*) id enim esse dixit *S* 16 in secundo Aeneidos] *v.* 700 25 amatus accuso accusaui accusatus luctor luctatus osculor osculatus criminor criminatus *S* amatus osculor osculatus criminor criminatus uagor uagatus *C* amatus osculor osculatus criminor criminatus *G* 27 Quid est — 30 forma *om. S* 29 Septem *G* VI *C* figura *om. C* 32 ad mares pertinent ut futuo deuirgino uel ad feminas ut futuor nubor deuirginor possumus tamen in *S* ad solos pertinent mares quaedam ad feminas ut futuo uel deuirginor possumus autem haec in *C* ad solos pertinent mares ut futuo uel deuirgino possumus autem haec in *G*

p. 1250. 51 P. p. 320. 21 K.

mares, ut futuo devirgino, vel ad feminas, ut futuor nubo devirginor, possumus tamen haec in alterum sexum transferre vel figurate vel per irrisionem vel per epicoena, ut si dicam 'bona anima est, quae istam virginem devirginavit' vel 'bonus animus est, qui illi marito nupsit'. bene igitur dicitur, quod omnia verba et participia apta sunt ut ad omne possint genus dici. Cuius est casus? Hic nominativi; potest autem esse et 119
vocativi. omnia enim sive nomina sive participia nominativum et vocativum similem habent exceptis Graecis et in us desinentibus secundae declinationis, cuius propria, si ante us i habuerint, abiecta us faciunt vocativum, ut Virgilius Virgili, Terentius Terenti. alia vero omnia us in e convertentia faciunt vocativum, ut Turnus Turne, socius socie, myrtus myrte; Virgilius in bucolico

et vos, o lauri, carpam et te, proxima myrte.

est tamen etiam in | huiuscemodi invenire saepe vel euphoniae || vel metri 120
causa nominativum pro vocativo positum, ut Lucanus in secundo

degener o populus, vix saecula longa decorum;

populus pro populе: et Virgilius in octavo Aeneidos

corniger Hesperidum fluvius, regnator aquarum;

fluvius pro fluvie. Cuius est temporis? Praesentis: nulla enim participia in duas consonantes desinentia temporis praeteriti vel futuri inveniuntur. sciendum autem, quod, quomodo participia praeteriti temporis coniuncta 121
cum verbis temporis praesentis praeteritum tempus significant, ut 'lectus sum es est', sic participia praesentis, si coniungantur cum verbis praeteriti temporis, loco praeteriti temporis accipiuntur, ut 'amans feci', 'studens legi'. Cuius est significationis? activae: nascitur enim a verbo lacrimo lacrimas lacrimat. cuius activum vim passivam, passivum vim activam videtur habere. nam patitur dolorem, qui lacrimat, et facit, qui lacrimatur. multa tamen similia inveniuntur, ut lugeo et lugeor, ploro et ploror. Cuius est formae? * Formas suorum verborum vel species habent participia, ut lecturio lecturiens, fervesco fervescens, curso cursans, cursito cursitans. Cuius est numeri? Singularis, figurae simplicis. Cui casui adiun- 122
gitur? Accusativo, lacrimans illum. necesse est enim omnia participia his casibus adiungi, quibus et verba ex quibus nascuntur, ut lacrimo illum, lacrimans illum; invideo tibi, invidens tibi; misereor tui, miserens tui. nam si ad alium casum transeant, perdunt vim participii et ad nomina transferuntur, ut si dicam amans illum, participium est, quia et amo illum

3 ut uel super epicoena dicam *C* uel super epiaconna ut si dicam *G* uel per eresina ut si dicam *S* 12 in bucolico] 2, 54 15 in secundo] *v.* 116 16 degenere populus *C*: degener o populus et rel. *S* deorum *G* 17 in octavo Aeneidos] *v.* 77 26 passinum autem actiuam *S* 29 cuius est formae *om. GS . lacunam qua definitio formae excidit indicavi* formas uel species actiuorum uerborum habent participia *S* formas uerborum suorum uel species actiuorum habent participia *L* formas uerborum suorum vel species actiua habent participia *Lindemannus* 33 adiungi *S* subiungi *CG* 34 miserens tui nam si ad alium casum transeant perdunt uim *S* miserans tui perdunt etiam uim *C* misertus tui . aut perdunt etiam uim *G*

dicimus; sin autem amans illius, nomen est, quod significat ὁ ἐραστὴς ἐκείνου.
123 unde et comparationem accipit, amantior amantissimus. similiter timens illum et timens illius, fugiens illum et fugiens illius, ut Terentius in Phormione 'fugiens litium'. semper tamen ex participio praesentis | temporis et tria gerundia vel participialia solent nasci ablata s et addi||ta s di do dum, ut amans amandi amando amandum, lacrimans lacrimandi lacrimando lacrimandum, et participium futuri passivum lacrimandus a
124 lacrimor. est tamen etiam nomen, ὁ δακρυτέος. Quotae est declinationis lacrimans? Tertiae. omnia enim participia praesentis temporis tertiae sunt declinationis, utpote in duas desinentia consonantes. praeteriti vero tem- 10 poris et futuri participia cum sint mobilia, masculinum et neutrum secundae habent declinationis, femininum vero primae, ut hic et haec et hoc lacrimans, lacrimatus lacrimata lacrimatum, lacrimandus lacrimanda lacrimandum, lacrimaturus lacrimatura lacrimaturum.

125 Classi: superius de hoc sufficienter tractavimus. 15

Que quae pars orationis est? Coniunctio. Quid est coniunctio? Pars orationis adnectens ordinansque sententias. Quot accidunt coniunctioni? Tria, potestas ordo figura. Cuius est potestatis? Copulativae, | ordinis postpositivi. est autem encliticum et haec et aliae duae coniunctiones, ve et ne. ne autem solet etiam abiecta e encliticam vim possidere, ut 'Pyrrin, 20 tanton'. quae enclitica, id est que ve ne, praepositionibus ante se positis non erigunt extremae syllabae fastigium, ut 'propterque illum', 'interve
126 homines'. Cuius est figurae que? Simplicis. composita que semper postponitur, ut atque quoque namque. syllabice quoque additur in fine et vim coniunctionis amittit encliticae, ut undique denique itaque, quando ante- 25 paenultimo acuto profertur, id est quando coniunctio est rationalis. utraque et pleraque, quaeritur, cum sint una pars orationis nec que divisa pro coniunctione accipiatur, cur non tertium ab ultima acutum habuerunt. in quo possumus dicere, quod accentus masculinorum et neutrorum, quia paenultimus est acutus, acuit etiam feminina in suam legem conciden||tia. 30
127 nec mirum euphoniae causa hoc in his evenisse, cum in aliis quoque quibusdam com|positis hoc idem invenitur, ut calefacis tepefacis suaverubens, quae omnia debent secundum analogiam antepaenultimum habere acutum, paenultimum tamen habuerunt.

128 Immittit quae pars orationis est? Verbum. Cuius modi? Indicativi, 35 formae perfectae, coniugationis tertiae correptae, generis activi, numeri sin-

3 in Phormione] IIII 3, 18 4 fugitans ς 15 superius] *p.* 482 16 Quid — 19 figura *om. S* 19 et haec *om. CG* 20 possidere *CG* retinere *S* ut phyrrin tanton *CG* ut persius tanton ***** *S : cf. Vergil. Aen.* III 319 Hectoris Andromache Pyrrin conubia servas, X 668 tanton me crimine dignum, XII 503 tanton placuit concurrere motu 21 id est *om. CG* 22 non *om.* ς 23 semper *om. CG* 24 namque *S* iamque *CG* 25 emittit et encletiti ut *G* quando autem penultimo *S* 26 utraque et pleraque *S* utraque pleraque *CG* 27 quaeritur ς quaeruntur *GS* quaerunt *C* nec que *C* neque *GS* diuisa uel pro coniunctione *S* diuisa uel coniunctione *CG* 28 accipiatur *Ald.* accipitur *CGS* acuta *C*

p. 1253. 54 P. p. 324. 25 K.

gularis, figurae compositae. Ex quibus? Ex corrupto et integro. nam in praepositio mutavit n in m, quia sequens verbum ab m incipit. solet enim p vel m vel b sequente n in m converti, ut compono impono committo immitto comburo imbuo. Cuius est temporis? Praesentis, personae tertiae. Declina. Indicativo modo tempore praesenti immitto, praeterito imperfecto 129 immittebam, praeterito perfecto immisi, praeterito plusquamperfecto immiseram, futuro immittam; imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam immitte immittat, immittamus immittite immittant, futuro immittito tu, immittito ille, immittote, immittant vel immittunto; optativo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto utinam immitterem, praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam immisissem, futuro utinam immittam; subiunctivo modo tempore praesenti cum immittam, praeterito imperfecto cum immitterem, praeterito perfecto cum immiserim, praeterito plusquamperfecto cum immisissem, futuro cum immisero; infinitivo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto immittere, praeterito perfecto et plusquamperfecto immisisse, futuro immissum ire vel immissurum esse. impersonalia indicativo immittitur, immittebatur, immissum est vel immissum fuit, immissum erat vel immissum fuerat, immittetur; imperativo im- 130 mittatur; optativo utinam immitteretur, immissum esset vel immissum fuisset, immittatur; subiunctivo cum immittatur, immitteretur, immissum sit vel immissum fuerit, immissum esset vel immissum fuisset, immissum erit vel immissum fuerit; infinita immitti, immissum esse vel immissum fuisse; immissum iri. gerundia immittendi immittendo immittendum immissum immissu. participia activa immittens immissurus. Declina passivum. Indicativo immittor, immittebar, immissus sum vel immissus fui, immissus eram vel immissus fueram, immittar; imperativo im|mittere immittatur immittamur immittimini immittantur, immittitor tu || immittitor ille, immittiminor, immittantur vel immittuntor; optativo modo utinam immitterer, immissus essem vel immissus fuissem, immittar. subiunctivo modo cum immittar, immitterer, immissus sim vel immissus fuerim, immissus essem vel immissus fuissem, immissus ero vel immissus fuero; infinitivo modo immitti, immissum esse vel immissum fuisse, immissum iri. participia passiva immissus immittendus. nomen verbale immissor, ipsa res immissio. Cur immitto 131 immisi facit praeteritum? In to desinentia verba, e quidem antecedente, tria sunt, quorum unum in xi facit praeteritum perfectum, flecto flexi, duo autem in xui, necto nexui, pecto pexui vel pectui: sic Asper de verbo; Charisius vero pexi protulit. e brevi antecedente in eandem to syllabam terminantia duo inveniuntur, quorum alterum in vi syllabam, alterum in ui

5 *declinationem verbi omisit S : activi verbi declinationem, neque eam tamen plenam, in marg. add. s* 27 immittamini *CG* futuro immittitor tu immittitor ille immittiminor immittantur uel tantor *G* immittatur tu immitator ille immittimini immittantur *C* 36 pexo pexui uel pectui *C* pecto pexui *Gs* pexui *S : cf. Priscian. p.* 902 de verbo *om. S* 37 charius *CS* in eadem to syllaba *CGS*

p. 1254. 55 P. p. 325. 26 K.

132 disiunctas facit praeteritum perfectum, peto petivi, meto messui: **M. Cato** in secundo **Originum** 'in campo **Tiburti ubi hordeum demessuit**'; **Cassius Hemina** in tertio **annalium** 'ubi **hordeum demessuerunt**'. r antecedente duo, verto verti, sterto stertui; t antecedente unum, mitto misi; s antecedente unum, sisto steti, quod etiam a sto steti fit. cum igitur in si faciunt praeteritum perfectum, supina in sum vel in su faciunt, ut laesi lusi risi arsi, laesum lusum risum arsum, laesu lusu risu arsu;
133 unde et laesus lusus risus arsus, laesurus lusurus risurus arsurus. Fac alia a verbo mitto composita. Amitto demitto summitto committo admitto permitto promitto praemitto emitto omitto remitto. ab admitto admissarius, ab emitto emissarius | nascitur et a simplici missus hic et haec missilis et hoc missile. possumus etiam hic et haec missibilis et hoc missibile dicere, quomodo penetralis et penetrabilis, docilis docibilis.

Habenas quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Derivativae. Vnde derivatur? A verbo habeo. inde etiam aspirationem habet et per b mutam scribitur. nam avena, quae *τὸν βρόμον* signi||ficat, et sine aspiratione est et per v scribitur. est igitur habena cum aspiratione nomen verbale. Cuius est generis? Feminini, numeri plu-
134 ralis, figurae simplicis, casus accusativi, declinationis primae. omnia enim in a desinentia declinationis primae sunt exceptis neutris, quae Graeca sunt et apud Graecos in *τος* faciunt genetivum, apud nos autem *τος* in tis convertentia tertiae sunt declinationis, ut *τόρευμα τορεύματος* toreuma toreumatis, *σχῆμα σχήματος* schema schematis. litterarum vero nomina tam in a quam in quascumque alias litteras desinentia et apud nos et apud Graecos indeclinabilia sunt, ut *ἄλφα βῆτα γάμμα*. non recte enim **Donatus** digammon posuit. ab habeo fit habito habitudo habitaculum habilis; composita inhibeo cohibeo perhibeo prohibeo exhibeo adhibeo.

VII.

TV QVOQVE LITORIBVS NOSTRIS AENEIA NVTRIX.

135 Scande versum. Tu quoque litori bus nos tris Ae neia nutrix. Quot caesuras habet? Duas. Quas? Semiquinariam, *tu quoque litoribus*,

1 disiunctas *om. CG* faciunt *CGS* M. Cato *GS* mercato *C* 2 in campo *CS* in eāp *G* tiburti *CG* tiburtino *S* hordeum *S* ordeum *CG* 3 casius *G* emina *CS* in quinto annalium ς hordeum *S* ordeum *CG* demessuerunt p ante cedente unum inuenitur inepto ineptui r *S* 4 sterto stertui *C* sterto sterti *GS* 5 misi sed antecedente t sisto *S* misi sisto *CG* 9 demitto *G* dimitto *CS* 10 ab admitto *Putschius*: abmitto admissarius *Ald.* ab amitto amissarius *C* ab amitto amisarius *G om. S* 11 emisarius *G*: admissarii et emissarii idem sunt, sed emissarii sunt milites ab emittendis sagittis dicti. emissarii etiam (admissarii autem *coniecit Lindemannus*) sunt equi qui emittuntur (admittuntur *coniecit Lindemannus*) ad equas. et aliquando pro luxurioso ponitur *L* mis-ilis vocatur quicquid [a longe] mitti potest. sicut enim telum dicitur a Graeco, quod est *τηλον* (*l. τηλοῦ* id est longe), eo quod longe iaci potest, ita et missile omne quod mitti potest *L* 13 docilis docibilis *om. GS* 24 alias *om. CG* 25 Donatus] *p.* 1736 26 digamon *S* digamum *CG* 28 OPUS PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM SEXTI LIBRI AENEIDOS TERMINATI INICIATUR EIUSDEM IN PRIMUM UERSUM SEPTIMI LIBRI *C* INCIPIT UERSUS SEPTIMI LIBRI *G* 30 Scande — *p.* 491, 5 partes *om. S* 31 tu quoque litoribus *om. CS*

p. 1255. 56 P. p. 326—28 K.

et semiseptenariam, tu quoque litoribus nostris. Quot figurarum est? Decem; habet enim tres dactylos et duos spondeos. Tracta singulos pedes. Tuquoque et cetera. | Quot habet partes orationis? Sex. Quot nomina? Tria, litoribus Aeneia nutrix. Quot pronomina? Duo, tu nostris. Quid aliud? Coniunctionem, quoque. Tracta singulas partes.

Tu quae pars orationis est? Pronomen. Quid est pronomen? Pars orationis quae pro nomine posita tantundem paene significat personamque recipit. ideo autem paene, quia substantiam tantum significat, non tamen etiam qualitatem, quomodo nomen. bene igitur videntur fecisse qui caren- 136
tia personis fini||tis separant a pronominibus; nam pronomen proprie est quod pro nomine proprio ponitur. itaque quia propria nomina plus aliis omnibus nominibus finita sunt (certam enim rem aliquam significant), pronomen quoque, quod loco proprii nominis accipitur, debet finitas habere personas. sunt igitur pronomina, de quibus nulla dubitatio est, primitiva quidem primae personae ego et obliqui casus eiusdem pronominis, secundae tu, tertiae vero sex, sui ille iste hic is ipse; derivativa primae personae meus noster nostras, secundae tuus vester vestras, tertiae suus. haec tam apud nos quam apud Graecos pronomina ab omnibus accipiuntur. cetera vero, quae sunt infinita vel interrogativa vel relativa substantiae vel 137
qualitatis vel quantitatis vel numeri — substantiae infinitium vel interrogativum quis, relativum qui; qualitatis interrogativum vel infinitum vel relativum qualis (significat enim *ποῖος* paenultimo circumflexo et *ποιός* ultimo acuto et *ὁποῖος*), redditivum talis; quantitatis interrogativum vel infinitum vel relativum quantus (significat enim *πόσος* paenultimo acuto, quod est interrogativum, et *ποσός* ultimo acuto, quod est infinitum, et *ὁπόσος*, quod

7 personamque interdum recipit *S* 9 uidentur *S* uidetur *CG* 10 nam *om. CG* 20 numeri magis nomina dicenda sunt quam pronomina quia per nomen de sola substantia fit interrogatio *L* uel interrogatiuum ut quis relatiuum uel redditiuum ut qui qualitatis interrogatiuum uel infinitiuum uel relatiuum qualis significat enim ποιοc penultimo acuto et poioc ultimo acuto et οποιοc redditiuum uel relatiuum talis quantitatis interrogatiuum uel infinitum uel relatiuum tantus numeri interrogatiuum uel infinitum et relatiuum quot significat enim τοποcoc penultimo acuto et ultimo quod est infinitum et οποcoc quod est relatiuum redditiuum uel relatiuum tot tantus numeri interrogatiuum et infinitum et relatiuum quot significat enim ποcox penultimo acuto et ultimam quod est infinitum et οποcox quod relatiuum redditiuum tot diriuatiuum diriuatiuum ab eo quod est quis *C* uel interrogatiuum ut quis relatiuum ut qui qualitatis interrogatiuum uel infinitum uel relatiuum qualis significat enim ποιοc penultimo acuto (*add. in marg.* et ποιoc ultimo acuto et οποιοc redditiuum talis quantitatis interrogatiuum infinitum uel relatiuum quantus significat enim τοποcoc penultimo acuto) quod est infinitum et ococ quod est relatiuum redditiuum tantus numeri interrogatiuum et infinitum et relatiuum quot significat enim ποcox (*corr.* ποcoc) penultimo acuto quod est infinitum et οποcox quod est relatiuum redditiuum tot diriuantur ab eo quod est quis *G* uel qualitatis interrogatiuum quis relatiuum qui interrogatiuum uel infinitum uel relatiuum qualis significat enim ποιοc penultimo acuto (*sup scr.* interrogatiuum) et ποιoc ultimo acuto (*sup. scr.* infinitu··) et οποιοc (*sup. scr.* relatiuum) eius redditiuum talis quantitatis interrogatiuum uel infinitum uel relatiuum quantus significat enim τοποcoc penultimo acuto (*sup. scr.* quod est) interrogatiuum ultimo acuto ποcoc quod est infinitum et ococ relatiuum redditiuum eius tantus numeri interrogatiuum et infinitum et relatiuum quot significat enim ***** penultimo accentu acuto ποcoι quod est relatiuum redditiuum eius tot diriuantur ab eo quod est quis *S* 22 circumflexo] *cf. p.* 501, 19

p. 1256. 57 P. p. 328–30 K.

138 est relativum), redditivum tantus; numeri interrogativum vel infinitum vel relativum quot (significat enim πόσοι paenultimo acuto, quod est interrogativum, et ποσοί ultimo acuto, quod est infinitum, et ὁπόσοι, quod est relativum), redditivum tot: derivativum ab eo quod est quis cuius cuia cuium et cuias, et ab eo quod est quot quotus et quotenus (quibusdam ab eo quod est tot videtur esse totus; sed alia videtur esse significatio). — haec tamen omnia praedicta plerique Latini artis scriptores pronomina esse infinita dixerunt. nec mirum, cum Didymus quoque et multi alii vetustissimi
139 Graecorum inter articulos haec numeraverunt. Romani ve|ro, cum articulos non habent, inter pronomina haec posuerunt. tanta autem videtur esse cognatio articulorum et pronominum, quod stoici in una parte orationis utrumque esse putabant, articulos finitos dicentes pronomina. quae vero grammatici Graecorum articulos ponunt, | illi infinitos dicebant esse articulos, nec non etiam supra dictas dictiones, quas Apollonius et Herodianus et Dionysius inter nomina rationabiliter posuerunt. haec autem latius in
140 libro qui est de pronomine tractavimus. sed ut breviter dicam, loco propriorum nominum non possunt accipi ea quae generalia sunt etiam appellativorum, quod suum est pronominum. nam dicentes quis interrogamus de omni substantia, vel qualis de omni qualitate, vel quantus de omni quantitate, vel quot de omni numero. pronomen autem definitae alicuius per-
141 sonae vult esse et rem certam significare. Quot accidunt pronomini? Sex, species genus numerus figura persona casus. Cuius est speciei tu? Primitivae. Fac ab eo derivativum. Tuus tua tuum, et adverbium tuatim, et per epectasin tute te correpta, ut

o Tite tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti.

Cuius est generis? Communis trium generum: quomodo enim apud Graecos ἐγώ σύ οὗ trium generum sunt communia, sic et apud | nos ego tu mei tui sui: numeri singularis, figurae simplicis, personae secundae, casus nominativi et vocativi. hic autem magis nominativus est, cum per apostrophen dicitur, quae exigit nominativum, et cum quoque coniunctum, quod ad alios nominativos relatum est, id est ut Misenus et Palinurus tu quoque.
142 Quoque quae pars orationis est? Coniunctio: accipitur enim pro et tu. est tamen etiam loco adverbii invenire hanc dictionem positam, ut in primo Aeneidos

5 quot quotus et quotennis et quotenus *ς* 7 omnia *G* nomina *CS* latinae *CGS* scriptores *S* scriptorum *CG* 8 Didymus] *Priscian. p.* 910 9 haec numerauerunt *G* haec nominauerunt *C*: haec non habuerunt sed inter pronomina haec posuerunt (*rell. om.*) *S* 11 stoici] *Priscian. p.* 909. 574 12 esse putabant *C* esse putant *G* posuisse inueniantur *S* posuisse uideantur *L* 13 illi infinitos *S* illi finitos *CG* 14 Apollonius et Herodianus] *Priscian. p.* 581 15 dionisius *GS* domisius *C*: *cf. Bekk. anecd.* II *p.* 657 in libro qui est de pronomine] *p.* 970 *sqq.* 18 quod suum est pronominum *om. CG* 24 per epentesin tuapte *S* 25 o Tite] *Priscian. p.* 947 tyrranne *C* tiranne *G* 27 ἐγώ σὺ οὗ] et ocoi et *C* et ωτεοιει *G*, *om. S* 29 cum per apostrophen dicitur quae exigit nominatiuum et *om. CG* 30 cum quoque modo coniunctum *CG* 33 in primo Aeneidos] *v.* 5

p. 1258 59 P. p. 330. 31 K.

multa quoque et bello passus, dum conderet urbem.

hic enim pro similiter necesse est id accipi, cum sequitur et. Quid est coniunctio? Pars orationis adnectens ordinans||que sententiam. Quot accidunt coniunctioni? Tria, potestas ordo figura. Cuius est potestatis quoque? Copulativae, ordinis postpositivi; vetustissimi tamen solebant etiam praeponere eam; Cuius est figurae? Compositae ex corrupto et integro: quo 143
enim corripitur; quod si produceretur, esset integra pars. Quem accentum habet? Paenultimum acutum: omnes enim fere coniunctiones postpositae generalem servant accentuum regulam.

Litoribus quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum, 144
generis neutri, numeri pluralis, figurae simplicis, casus dativi, declinationis tertiae. Cur? Quia omnia in us desinentia neutra tertiae sunt declinationis et in ris faciunt genetivum. excipitur pus indeclinabile et virus, quod Lucretius secundae posuit declinationis,

diri primordia viri.

pelagus vero Graecum est, hoc pelagus pelagi, et vulgus vulgi tam masculinum quam neutrum. Quot differentias habet | paenultima syllaba genetivi 145
in ris terminantium supra dictorum neutrorum? Si verbis adiacent, quae e correptam paenultimam habuerint, servant e ante ris genetivi, ut munero munus muneris, vulnero vulnus vulneris, sidero sidus sideris, ex quo componitur considero et desidero, latero latus lateris, operor opus operis. si 146
vero monosyllaba sunt et producuntur in nominativo, servant u ante ris genetivi quoque productam, ut ius iuris, tus turis, crus cruris, rus ruris, plus pluris. si vero sint comparativa, masculinorum eorundemque femininorum secuntur genetivum, id est o paenultimam productam servant ante ris, ut minus minoris, maius maioris, quia minor minoris, maior maioris. alia vero omnia o correptam habent ante ris, ut corpus corporis, pectus pectoris, litus litoris, pignus pignoris et pigneris, fenus fenoris et feneris, quamvis verba eorum magis e habent paenultimam, pignero et fenero. Fac 147
ab eo quod est litus derivativum. Litoreus et litora||lis. quidam autem litus ἀπὸ τῶν λιτῶν volunt esse, quia proficiscentes et revertentes solent ibi vota concipere.

Nostris quae pars orationis est? Pronomen. Quale? Derivativum possessivum. Ex quo casu solent derivari? Ex genetivo, ut nos nostrum vel nostri noster; idque sine dubio ex singulari numero ostenditur, ego mei meus, tu tui tuus, sui suus: unde et paenultimae corripiuntur. Cuius est generis? Hic neutri. sciendum tamen, quod omnis dativus et ablativus pluralis tam in nominibus mobilibus quam in pronominibus et participiis communis est trium generum. Cuius est numeri? Pluralis, figurae simplicis, 148
casus hic dativi. | omnis autem dativus et ablativus pluralis similes sunt, ut

14 Lucretius] II 476 23 crus cruris *om. GS* 24 eundemque *S* 27 pecus pecoris *C* 33 dirïuatiuum uel possessiuum *S* 39 est et trium *CG*

p. 1259. 60 P. p. 382. 33 K.

dictum est. Et unde possumus scire differentiam? A iunctura et ordinatione, id est ἀπὸ τῆς συντάξεως, quae facile potest sciri ex singularium iunctura, quae non habent similes dativum et ablativum, ut in omnibus primae declinationis nominibus et tertiae in e terminantibus ablativum et
149 quartae et quintae. in his enim manifeste ostendit casus differentiam. cum igitur verbum dedisti sine dubio dativum exigit, siquis supra dictarum declinationum nomen ordinet, necesse est dativum adiungere, dedisti poetae vel homini vel senatui vel rei. non licet enim nisi dativum huic verbo adiungere. et nota, quod quattuor habent declinationum differentias pronomina. sunt enim quae tam genetivum quam dativum in i terminant,
150 quae sunt tria et communia trium generum, ut ego mei mihi, tu tui tibi, sui sibi. sunt quae genetivum in ius, dativum vero in i proferunt, qui casus communes sunt trium generum, ut ille illius illi, ipse ipsius ipsi, iste istius isti, hic huius huic, is eius ei. sunt alia quae secuntur secundae declinationis mobilium regulam, qualia sunt possessiva haec, meus tuus suus noster vester. sunt alia tertiae declinationis nominum declinationem servantia, ut nostras vestras, nostratis vestratis.

151 Aeneia quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum: quamvis enim possessoris proprium nomen significet, tamen omnis possessio eius commune hoc nomen potest habere, ut Aeneia mater, Aeneia mens, Aeneia facies, Aeneia manus, Aeneia nutrix, Aeneius ager, Aeneius filius, Aeneius ensis, Aeneium lumen, Aeneium munus, Aeneium regnum: generis feminini, numeri singularis, figurae simplicis, declinationis primae. Ex
152 quo nomine derivatur? Ab Aenea, de quo in superioribus latius tractavimus.

Nutrix quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum vel derivativum. Cuius speciei derivativorum? Verbalis. Ex quo verbo masculinum eius | nascitur? A nutrio. solent autem in tor verbalia in trix facere feminina mutata or in rix, ut lector lectrix, amator amatrix, accusator accusatrix. in supra dicto vero euphoniae causa vel alternitatis, id est παραλληλότητος, tri syllaba subtracta est contra regulam. Cum nutritor enim sit masculinum, debuit femininum nutritrix esse, sed absurditas
153 soni minuit syllabam. A quo verbo derivatur? A nutrio nutris nutrit. Declina verbum. Nutrio verbum activum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis coniugationis quartae personae primae, quod declinabitur sic, nutrio nutris nutrit nutrimus nutritis nutriunt, eodem modo tempore praeterito imperfecto nutriebam nutriebas nutriebat nutriebamus nutriebatis nutriebant, praeterito perfecto nutrivi nutrivisti nutrivit nutrivimus nutrivistis nutriverunt vel nutrivere, praeterito plusquamperfecto nutriveram nutriveras nutriverat nutriveramus nutriveratis

2 quod facile *G* 5 manifesto *G* 6 supra dictorum *CGS* 12 qui casus communes sunt *S* qui sunt communes *C* quae sunt communia *G* 20 mens *S* mensa *CG* 24 in superioribus] *p.* 482 30 uero *S* uerbo *CG*

p. 1261. 62 P. p. 333. 34 K.

nutriverant, futuro nutriam nutries nutriet nutriemus nutrietis nutrient; imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam nutri nutriat, nutrianus nutrite nutriant, futuro nutrito tu, nutrito ille, nutritote, nutriant vel nutriunto; optativo || modo tempore praesenti et praeterito imperfecto utinam nutrirem nutrires nutriret nutriremus nutriretis nutrirent, praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam nutrivissem nutrivisses nutrivisset nutrivissemus nutrivissetis nutrivissent, futuro utinam nutriam nutrias nutriat nutriamus nutriatis nutriant; subiunctivo modo tempore praesenti cum nutriam nutrias nutriat nutriamus nutriatis nutriant, praeterito imperfecto cum nutrirem nutrires nutriret nutriremus nutriretis nutrirent, praeterito perfecto cum nutriverim nutriveris nutriverit nutriverimus nutriveritis nutriverint, praeterito plusquamperfecto cum nutrivissem nutrivisses nutrivisset nutrivissemus nutrivissetis nutrivissent, futuro cum nutrivero nutriveris nutriverit nutriverimus nutriveritis nutriverint; infinitivo modo tempore praesenti nutrire, praeterito nutrivisse, futuro nutritum ire vel nutriturum esse. impersonalia nutritur, nutriebatur, nutritum est vel nutritum fuit, nutritum erat vel nutritum fuerat, nutrietur; imperativo nutriatur nutritor; optativo utinam nutriretur, nutritum esset vel nutritum fuisset, nutriatur; subiunctivo cum nutriatur, nutriretur, nutritum sit vel nutritum fuerit, nutritum esset vel nutritum fuisset, nutritum erit vel nutritum fuerit; infinitivo nutriri, nutritum esse vel nutritum fuisse, nutritum iri. gerundia vel participialia nutriendi nutriendo nutriendum nutritum nutritu. participia veniunt a verbo activo duo, praesens nutriens, futurum nutriturus nutritura nutriturum. Declina eius passivum. Indicativo modo nutrior, nutriebar, nutritus sum vel nutritus fui, nutritus eram vel fueram, nutriar; imperativo modo nutrire nutriatur nutriamur nutrimini nutriantur, futuro nutritor tu, nutritor ille, nutriminor nutriantur vel nutriuntor; optativo modo utinam nutrirer, nutritus essem vel nutritus fuissem, nutriar; subiunctivo modo cum nutriar, nutrirer, nutritus sim vel nutritus fuerim, nutritus essem | vel nutritus fuissem, nutritus ero vel nutritus fuero; infinitivo modo nutriri, nutritum esse vel nutritum fuisse, nutritum iri. participia veniunt a verbo passivo duo, praeteritum nutritus nutrita || nutritum, futurum nutriendus nutrienda nutriendum. nomen verbale, nutritor nutrix, ipsa res nutritio. Fac ab eo derivativum. Nutricula, quod est diminutivum, ut Iuvenalis

154 155 156

Gallia vel potius nutricula causidicorum.

14 infinitiuo modo numeris et personis *C* 17 imp̄. nutriatur nutritor *S* imp̄. nutriatur *C* nutriatur nutriantur nutriantor *G* 26 nutrimini *G* nutriamini *CS* 27 nutriantur uel nutriuntor *S* nutriantur uel nutriantor *G* nutriantur *C* 34 Iuvenalis] 7, 148

p. 1259. 60 P. p. 332. 33 K.

dictum est. Et unde possumus scire differentiam? A iunctura et ordinatione, id est ἀπὸ τῆς συντάξεως, quae facile potest sciri ex singularium iunctura, quae non habent similes dativum et ablativum, ut in omnibus primae declinationis nominibus et tertiae in e terminantibus ablativum et
149 quartae et quintae. in his enim manifeste ostendit casus differentiam. cum igitur verbum dedisti sine dubio dativum exigit, siquis supra dictarum declinationum nomen ordinet, necesse est dativum adiungere, dedisti poetae vel homini vel senatui vel rei. non licet enim nisi dativum huic verbo adiungere. et nota, quod quattuor habent declinationum differentias pronomina. sunt enim quae tam genetivum quam dativum in i terminant,
150 quae sunt tria et communia trium generum, ut ego mei mihi, tu tui tibi, sui sibi. sunt quae genetivum in ius, dativum vero in i proferunt, qui casus communes sunt trium generum, ut ille illius illi, ipse ipsius ipsi, iste istius isti, hic huius huic, is eius ei. sunt alia quae secuntur secundae declinationis mobilium regulam, qualia sunt possessiva haec, meus tuus suus noster vester. sunt alia tertiae declinationis nominum declinationem servantia, ut nostras vestras, nostratis vestratis.

151 Aeneia quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum: quamvis enim possessoris proprium nomen significet, tamen omnis possessio eius commune hoc nomen potest habere, ut Aeneia mater, Aeneia mens, Aeneia facies, Aeneia manus, Aeneia nutrix, Aeneius ager, Aeneius filius, Aeneius ensis, Aeneium lumen, Aeneium munus, Aeneium regnum: generis feminini, numeri singularis, figurae simplicis, declinationis primae. Ex
152 quo nomine derivatur? Ab Aenea, de quo in superioribus latius tractavimus.

Nutrix quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum vel derivativum. Cuius speciei derivativorum? Verbalis. Ex quo verbo masculinum eius | nascitur? A nutrio. solent autem in tor verbalia in trix facere feminina mutata or in rix, ut lector lectrix, amator amatrix, accusator accusatrix. in supra dicto vero euphoniae causa vel alternitatis, id est παραλληλότητος, tri syllaba subtracta est contra regulam. Cum nutritor enim sit masculinum, debuit femininum nutritrix esse, sed absurditas
153 soni minuit syllabam. A quo verbo derivatur? A nutrio nutris nutrit. Declina verbum. Nutrio verbum activum indicativo modo dictum temporis praesentis numeri singularis figurae simplicis coniugationis quartae personae primae, quod declinabitur sic, nutrio nutris nutrit nutrimus nutritis nutriunt, eodem modo tempore praeterito imperfecto nutriebam nutriebas nutriebat nutriebamus nutriebatis nutriebant, praeterito perfecto nutrivi nutrivisti nutrivit nutrivimus nutrivistis nutriverunt vel nutrivere, praeterito plusquamperfecto nutriveram nutriveras nutriverat nutriveramus nutriveratis

2 quod facile *G* 5 manifesto *G* 6 supra dictorum *CGS* 12 qui casus communes sunt *S* qui sunt communes *C* quae sunt communia *G* 20 mens *S* mensa *CG* 24 in superioribus] *p.* 482 30 uero *S* uerbo *CG*

p. 1261. 62 P. p. 333. 31 K.

nutriverant, futuro nutriam nutries nutriet nutriemus nutrietis nutrient; imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam nutri nutriat, nutrianus nutrite nutriant, futuro nutrito tu, nutrito ille, nutritote, nutriant vel nutriunto; optativo || modo tempore praesenti et praeterito imperfecto utinam nutrirem nutrires nutriret nutriremus nutriretis nutrirent, praeterito perfecto et plusquamperfecto utinam nutrivissem nutrivisses nutrivisset nutrivissemus nutrivissetis nutrivissent, futuro utinam nutriam nutrias nutriat nutriamus nutriatis nutriant; subiunctivo modo tempore praesenti cum nutriam nutrias nutriat nutriamus nutriatis nutriant, praeterito imperfecto cum nutrirem nutrires nutriret nutriremus nutriretis nutrirent, praeterito perfecto cum nutriverim nutriveris nutriverit nutriverimus nutriveritis nutriverint, praeterito plusquamperfecto cum nutrivissem nutrivisses nutrivisset nutrivissemus nutrivissetis nutrivissent, futuro cum nutrivero nutriveris nutriverit nutriverimus nutriveritis nutriverint; infinitivo modo tempore praesenti nutrire, praeterito nutrivisse, futuro nutritum ire vel nutriturum esse. impersonalia nutritur, nutriebatur, nutritum est vel nutritum fuit, nutritum erat vel nutritum fuerat, nutrietur; imperativo nutriatur nutritor; optativo utinam nutriretur, nutritum esset vel nutritum fuisset, nutriatur; subiunctivo cum nutriatur, nutriretur, nutritum sit vel nutritum fuerit, nutritum esset vel nutritum fuisset, nutritum erit vel nutritum fuerit; infinitivo nutriri, nutritum esse vel nutritum fuisse, nutritum iri. gerundia vel participialia nutriendi nutriendo nutriendum nutritum nutritu. participia veniunt a verbo activo duo, praesens nutriens, futurum nutriturus nutritura nutriturum. Declina eius passivum. Indicativo modo nutrior, nutriebar, nutritus sum vel nutritus fui, nutritus eram vel fueram, nutriar; imperativo modo nutrire nutriatur nutriamur nutrimini nutriantur, futuro nutritor tu, nutritor ille, nutriminor nutriantur vel nutriuntor; optativo modo utinam nutrirer, nutritus essem vel nutritus fuissem, nutriar; subiunctivo modo cum nutriar, nutrirer, nutritus sim vel nutritus fuerim, nutritus essem | vel nutritus fuissem, nutritus ero vel nutritus fuero; infinitivo modo nutriri, nutritum esse vel nutritum fuisse, nutritum iri. participia veniunt a verbo passivo duo, praeteritum nutritus nutrita || nutritum, futurum nutriendus nutrienda nutriendum. nomen verbale, nutritor nutrix, ipsa res nutritio. Fac ab eo derivativum. Nutricula, quod est diminutivum, ut Iuvenalis

154 155 156

Gallia vel potius nutricula causidicorum.

14 infinitiuo modo numeris et personis *C* 17 imp̄. nutriatur nutritor *S* imp̄. nutriatur *C* nutriatur nutriantur nutriantor *G* 26 nutrimini *G* nutriamini *CS* 27 nutriantur uel nutriuntor *S* nutriantur uel nutriantor *G* nutriantur *C* 34 Iuvenalis] 7, 148

VIII.

VT BELLI SIGNVM LAVRENTI TVRNVS AB ARCE.

157 Scande versum. Vt bel li si gnum Lau renti Turnus ab arce. Quot caesuras habet? Vnam. Quam? Semiquinariam. Quomodo? Vt belli signum. Quot figurarum est? Quinque. Quare? Quia constat ex quattuor spondeis et uno dactylo. Tracta singulos pedes. Vtbel spondeus ex duabus longis et cetera. Quot partes orationis habet? Septem. Quot nomina? Quinque, belli signum Laurenti Turnus arce. Quid aliud? Adverbium, ut, et praepositionem, ab. Tracta singulas partes.

V t quae pars orationis est? Hic adverbium temporale, alias autem similitudinis potest esse. et adiecta tamen i eandem habet significationem, uti; cui adicitur nam et fit adverbium optandi, utinam. similiter cum vel
158 compositum, velut et veluti, adverbium similitudinis est. et quando ἵνα vel ὅτι Graecum significat, pro coniunctione causali accipitur. est etiam quando optativum est, ut Terentius in Phormione *

ut illum di deaeque omnes perdant.

Belli quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Derivativae. Vnde derivatur? Ab eo quod est bonum bellum diminutivum est. per antiphrasin igitur, hoc est per | contradictionem, pro malo bellum dicitur, id est quod malo inventum est hominum. a bono ergo masculinum bonus bellus, femininum bona bella, neutrum quod est
159 bonum bellum facit. omnia enim in us desinentia masculina geminant l in diminutivis, ut geminus gemellus et gemina gemella et geminum gemellum. et sciendum, quod inveniuntur etiam ipsorum diminutivorum comparativa et superlativa, quomodo comparativorum diminutiva, quae apud Graecos non invenis. unde et Terentius || in Adelphis

atque unum quicquid, quod quidem erit bellissimum, carpam.

1 EXPLANATIO PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM SEPTIMI LIBRI AENEIDOS CONCUMIT INCPT EIUSDEM IN PRIMUM UERSUM OCTAUI LIBRI *C* INCIPIT EXPLANATIO PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM OCTAUI LIBRI AENEIDOS FELICITER *S* UERSUS SEPTIMI LIBRI FINIT PRISCIANI GRAMMATICI *G, in quo non addita sequentis libri inscriptione subicitur noni libri explicatio*, Atque ea *sqq.* — gesticulatio UERSUS OCTAUI LIBRI FINIT PRISCIANI GRAMMATICI . INCIPIT NONI Ut belli signum *sqq.* — arcendus FINIT UERSUS LIBRI NONI INCIPIT DECIMI Panditur *sqq.* 13 et quando ἵνα vel ὅτι graecum *Lindemannus* et quando ina ueluti graecum *S* quando autem inam ueluti graecum *G* et quando . in . a . graecum *C* est quando ὅπως uel ἵνα graecum ς : *cf. Priscian. p.* 1021. 1027 14 est etiam ut quando *C* est etiam ** quando *S* 15 *lacunam indicavi, qua versus Phormionis* IIII 4, 6 *sq.* ut te quidem omnes di deaeque superi inferi Malis exemplis perdant *exciderunt, quo exemplo in eadem re usus est Charisius p.* 197 . *sequitur alterum exemplum Eunuchi* II 3, 11 ut illum di deaeque omnes senium perdant, *quod est apud Priscianum p.* 1141 16 ut illum *CS* ut illud *G* : ut illum dii omnes deaeque perdant ς perdant *S* perdunt *CG* 21 neutrum quod est bonum *S* neutro quod est bonum *C* et a neutro quod bonum *C* 24 diminutiuorum *G* diriuatiuorum *CS* 26 in Adelphis] IIII 2, 51 27 atque unum quoque quod quidam illorum bellissimum carpam . sicut enim inuenitur bellior bellissimus a positiuo qui est bellus, ita a comparatiuis neutralibus maius et grandius inueniuntur deminutiua mainsculus mainscula mainsculum grandiusculus grandiuscula grandiusculum et a plus plusculus pluscula plusculum . ex bello *L* quicque *CG* qu**que *S* quoque *s*: quodque quod erit ς

p. 1263 P. p. 335. 36 K.

ex bello, quod bonum significat, bellaria dicuntur τὰ τραγήματα. Dic ab eo quod est bellum, quod pugnam significat, derivativum aliud. Bellicus 160
bellica bellicum et ex hoc bellicosus bellicosa bellicosum. Bellienus quoque proprium a bello est derivatum: bello bellas verbum, ex quo bellax, quod est trium generum commune. bellator enim bellatrix facit. ab eo est etiam Bellona, dea bellorum. duellum antiqui dicebant pro bellum, ex quo perduellio. a bello compositum bellipotens et belliger et imbellis et rebellis et rebello verbum: debello quoque compositum verbum; inde etiam 'debellatum est'. Belli enim portae, quamvis duae sint partes, pro uno tamen nomine proprio accipiuntur, quod significat fores templi Iani.

Signum quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. 161
Cuius speciei? Primitivae. Fac ab eo derivativum. Diminutivum sigillum, verbum signo signas signat et signio signis et ex eo compositum insignio insignis, unde insignitus. praeterea significo significas significat et signifer et antesignanus, hoc est propugnator | signorum, et designo, unde designatus, et resigno, ut in quarto Aeneidos

et lumina morte resignat.

est autem univocum, id est ὁμώνυμον: significat enim τὴν σφραγῖδα καὶ τὸ ἄγαλμα καὶ τὸ τῶν πολέμων σημεῖον τὸ ἐν τῷ κοντῷ καὶ τὸ σύνθημα, ut in eodem libro

it bello tessera signum,

καὶ τὴν σάλπιγγα, ut Lucanus * 'signa canunt'.

Laurenti quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. 162
Cuius speciei? Derivativae possessivum, est tamen etiam patriae, si est ablativus ab eo quod est hic et haec et hoc Laurens huius Laurentis. potest tamen et proprium ipsius civitatis esse, si genetivus accipitur, hoc Laurentum huius Laurenti, ut sit ab arce Laurenti, hoc est ab arce urbis Laurenti. sed si est ab eo quod est hic et haec et hoc Laurens, ab hoc

1 ΘΡΑΓΗΜΑΘΑ vilia munuscula, ut sunt nuces et PA (panes *Lindemannus*), quae latine dicuntur colobida (colobia?). hinc et tragoediae sunt vilia carmina *L* 3 bellienus *CGS* belligenus *s* : Belligenus fuit enim consul Romanus, qui eo tempore natus est, quo civilia agebantur proelia *L* 4 proprium *GS* primum *C* 6 duellium *CL* : inter pugnam et bellum et proelium hoc distat. pugna est quando cominus pugnatur; bellum est proelium quod longo tempore fit. hic perduellio huius perduellionis ipse est qui facit originem belli, iurgium videlicet et contentionem. duellum est bellum quod inter duos fit, duellium vero ipsa litigatio *L* 9 Belliportae sub uno accentu prolatae dicitur ianua templi Iani, quae tempore pacis claudebatur, imminente vero bello aperiebatur, ut inde proeliantibus veniret auxilium. quinque enim portae in templo Iani erant et Belliportae vocabantur eo, quod in tempore bellorum aperiebantur, pacis tempore claudebantur *L* 15 unde designatus *Lindemannus* unde designat *CGS* 16 in quarto Aeneidos] *v.* 244 18 omonimon. significat enim ΤΗΝ CΦΡΑΓΙΔΑ ΚΑΙ ΤΟ ΤΟΝ ΠΟΛΕΜΟΝ CΗΜΕΙΟΝ ΤΟ ΕΝ ΤΕ ΚΟΝΤΩ ΚΑΙ ΤΟ CΥΝΘΕΜΑ ut in eodem *G* OMωNYMON grecos significat ut in eodem *C* OMONIMUM significat enim uing. in eodem, *additis in marg.* ΤΗΝ CΦΠΑΓΙΔΑ ΚΑΙ ΤΟ ΑΤΑΛΜΑ ΚΑΙ ΤΟ ΤΟΝ ΠΑΘΕΜΟΝΟΝ ΜΕΙΟΝ ΤΟ ΕΝ ΤΟ ΚΩΝΙΤΩ ΚΑΙ ΤΟ CΙΝΕΕΜΑ *S* 20 in eodem libro] *Verg. Aen.* VII 637. *excidisse videtur aliud exemplum in priore vocabuli interpretatione ex eodem libro adscriptum* 21 it *G* ut *C* dat *S* 22 ΤΟΝ CΑΛΠΙΚΤΑ *G* *Lucani exemplum excidit. nam quod sequitur Vergilii est Aen.* X 310 24 diriuatiuorum possessiuum *G* 26 hoc laurentium *G*

et ab hac et ab hoc Laurenti, pro Laurentina posuit; unde **Lucanus**

Laurentinosque penates.

Laurentum autem nominatum est a lauro inventa in arce teste **ipso poeta.** compo||situm ab eo quod est laurus lauriger, unde '**laurigeros currus**'. a lauro etiam laureatus laureata laureatum: **Cicero** '**fasces laureatos**', hoc est victoriae laurum habentes. ex eo proprium Laurentius et Laurentia, comprehensivum, quod Graeci περιεκτικόν vocant, lauretum, veluti
163 murtetum rosetum. Dic possessivum. Laureus, quomodo myrteus corneus. Dic aliud derivativum. Laurentius proprium et Laurentia. Laurus quotae est declinationis? Invenitur et secundae et quartae declinationis: est enim exceptum. omnia enim arborum nomina in us desinentia et feminina sunt et secundae declinationis, ut cypressus cypressi, myrtus myrti, ulmus ulmi, ornus orni, pirus piri, exceptis quinque, quae tam secundae quam quartae inveniuntur, quercus laurus pinus cornus ficus. laurea quoque pro lauro accipitur.

164 **Turnus** quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius speciei? Vnivocae: potest enim etiam appellativum intellegi, | piscis nomen fluvialis. Fac ab eo possessivum. Turnius Turnia Turnium, sicut a Saturno Saturnius Saturnia Saturnium. patronymicum potest secundum analogiam dici Turnides; sed raro in Latinis nominibus solent eiusmodi formae patronymicae fieri, quamvis poeta Scipiadas figuraverit a Scipione [sed et ipsum ἀπὸ τοῦ Σκιπίωνος], quod Graecum esse videtur.

165 **Ab** quae pars orationis est? Praepositio. Cui casui servit? Ablativo. Quid interest inter ab et a et abs? Quod consonante sequente a scribendum plerumque est, vocali vero omnimodo ab. invenitur ab etiam consonantibus sequentibus, sed quae non aspere post b sonant. a vero vocali sequente, nisi loco sit consonantis, id est i vel u, numquam invenitur, ut a Iove, a Venere. abs autem q vel t vel c sequentibus paucis anteponitur tam in appositione quam in compositione, in appositione, ut abs te pro a te, in compositione, *ut* abstuli, abscondo, 'absque ullo malo' pro 'sine ullo malo'.

166 **Arce** quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Derivativae. Vnde derivatur? Ab arceo verbo || arx, quae arcet facile munimento suo hostes. inde etiam summitates montium, ex quibus facile possunt depelli hostes, arces dicuntur, et arcus, quod longe arceat similiter hostes. Declina verbum. Arceo arces arcet. Cuius est significa-

1 Lucanus] *Pharsal.* VII 394 3 nominatum ς nominatiuus *CG* nomĩt *S* 4 laurigeros] *Lucan. Pharsal.* V 332 5 Cicero] *de divin.* I 28, 59 C. Marium cum fascibus laureatis quaerere ex te 6 ex eo *G* ex ea *CS* 7 lauretum ueluti mirtetum *GS* laurentum ueluti murtetum *C* 8 dic possessiuum *G* dic diriuatiuum *CS* mirteus *G* 12 cupressus cupressi *S* miitus mirti *G* 17 piscis nomen fluuialis *S* piscis nomen fluuius *C* piscis nomen et fluuius *G* piscis palustris et fluuius ς 21 poeta] *Verg. georg.* II 170. *Aen.* VI 844 25 sed inuenitur *CS* 30 ut *ante* abstuli *om. CGS*

p. 1265. 66 P. p. 337. 38 K.

tionis? Activae. Quotae est coniugationis? Secundae. arceo verbum activum indicativo modo dictum tempore praesenti arceo, praeterito imperfecto arcebam, praeterito perfecto arcui, praeterito plusquamperfecto arcueram, futuro arcebo; imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam arce arceat, arceamus arcete arceant, futuro arceto tu, arceto ille, arcetote, arceant vel arcento; optativo modo tempore praesenti et 167
praeterito imperfecto utinam arcerem, praeterito perfecto et plusquamperfecto arcuissem, futuro arceam; subiunctivo modo tempore praesenti cum arceam, praeterito imperfecto cum arcerem, praeterito perfecto arcuerim, praeterito plusquamperfecto arcuissem, futuro arcuero; infinitivo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto arcere, praeterito perfecto et plusquamperfecto arcuisse, futuro arcitum ire vel arciturum esse; gerundia vel participialia arcendi arcendo arcendum arcitum arcitu. participia veniunt a verbo activo duo, praesentis temporis et futuri, praesentis arcens, futuri arciturus. Declina passivum. Arceor arceris vel arcere arcetur, arcebar, arcitus sum vel arcitus fui secundum analogiam, quamvis in usu deficit; compòsitum tamen eius coerceor coercebar coercitus sum coercitus es in frequenti est usu: praeterito plusquamperfecto arcitus eram vel arcitus fueram, futuro arcebor; imperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam 168
personam arcere arceatur, arceamur arcemini arceantur, futuro arcetor tu, arcetor ille, arceminor, arceantur vel arcentor; optativo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto utinam arcerer, praeterito perfecto et plusquamperfecto arcitus essem vel arcitus fuissem, futuro arcear; subiunctivo modo tempore praesenti cum arcear, praeterito imperfecto arcerer, praeterito perfecto arcitus sim vel arcitus fuerim, praeterito plusquamperfecto arcitus essem vel arcitus fuissem, futuro arcitus ero vel arcitus fuero; infinitivo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto arceri, praeterito perfecto et plusquamperfecto arcitum esse vel arcitum fuisse, futuro arcitum iri. gerundia vel participialia communia sunt tam in activo quam in passivo, arcendi arcendo arcendum arcitum arcitu. participia veniunt a verbo passivo duo, praeteriti et futuri, praeteriti arcitus, futuri arcendus. ||

VIIII.

ATQVE EA DIVERSA PENITVS DVM PARTE GERVNTVR.

Scande versum. Atque ea diver sa peni tus dum parte ge runtur. 169
Quot caesuras habet iste versus? Duas, semiquinariam, atque ea diversa, et semiseptenariam, atque ea diversa penitus. Quot figurarum est iste versus? Decem. Quare? Quia constat ex tribus dactylis et duobus

6 arceant vel *om. CS* 20 arcere arceatur arceamur arceamini *CS* arcere arceatur arcemini *G* 21 arceantur vel *om. S* 32 DOCTRINA PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM OCTAUI LIBRI AENEIDOS FINIT . ORDITUR EIUSDEM IN PRIMUM UERSUM NONI *C* FIN .DE UERSU VIII . ORDITUR DOCTRINA PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM NONI LIBRI

p. 1266. 67 P. p. 33 s. 39 K.

spondeis. Tracta singulos pedes. Atque ea dactylus ex una longa et duabus brevibus et cetera. Quot partes orationis habet iste versus? Septem. Quot nomina? Duo. Quae? Diversa et parte. Quot verba? Vnum, geruntur. Quot pronomina? Vnum, ea. Quot adverbia? Duo, penitus et dum. Quot coniunctiones? Vnam, atque. Tracta singulas partes.

170 Atque quae pars orationis est? Coniunctio. Cuius est potestatis? Copulativae. ordinis communis, tam praepositivi quam postpositivi, invenitur. sed raro postponitur, quomodo etiam. Et quid interest inter que et ac et atque? Quia que semper postpositiva est | et enclitica et significat non modo et sed etiam τε Graecam, quando repletiva est. ac autem semper praepositiva est et accipitur etiam pro adverbio similitudinis, quomodo atque, ut in tertio Aeneidos

haud secus ac iussi faciunt.

et autem tam praepositiva quam postpositiva copulationem solam significat. Cuius est figurae atque? Compositae. Ex quibus? Ex duobus integris, at et que. Quem habet accentum? Praepositiva omnis coniunctio et praepositio gravatur, postpositiva autem generalem accentum servat dictionum.

171 Ea quae pars orationis est? Pronomen. Quale? Subiunctivum vel relativum. Primitivum est an derivativum? Primitivum. Quot sunt pronomina indubitabilia? Primitiva quidem octo, primae personae unum, ego; secundae unum, tu; tertiae sex, ille ipse iste hic is sui. Et quare prima et secunda persona singulas habent voces, tertia autem tot et tam diversas? Quia prima et secunda praesentes semper sunt || et iuxta se collocantur et demonstrativae sunt; tertia vero modo iuxta collocatur modo longe, modo praesens modo absens, modo demonstrativa modo relativa
172 modo discretiva. Quid interest inter hic et iste et is? Quia hic praepositivum est et demonstrativum et in declinatione nominum a grammaticis pro articulo accipitur; iste vero demonstrativum est, is subiunctivum vel relativum. ille potest et in loco aliquo longe posito esse demonstrativum, et relativum potest tamen idem esse et cum significantia aliqua proferri, ut Virgilius in septimo Aeneidos

sic Iuppiter ille monebat.

ipse autem et relativum et discretivum est: relativum est, ut idem in eodem

ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est;

discretivum est, ut ego ipse, tu ipse, ille ipse: idem in secundo Aeneidos

8 quomodo etiam et et quia . Quid interest ς 11 quomodo atque, Terentius 'ne simili utamur fortuna atque usi sumus' (*Phorm. prol.* 31) . similiter ponitur ac pro quam, ut illud in tertio Aeneidos *Lindemannus e codice L* 12 in tertio Aeneidos] *v.* 236 17 seruant *CGS* 18 uel relatiuum uel redditiuum *C* 23 collocantur *s L* collocuntur *G* colloquuntur *S* conloquuntur *C* 24 collocatur *s L* colloquitur *GS* conloquitur *C* 28 uel relatiuum uel redditiuum *CS* 29 et relatiuum uel redditiuum *CS* 30 potest *om. G* 31 in septimo Aeneidos] *v.* 110 33 in eodem] *v.* 263 36 in secundo Aeneidos] *v.* 5

p. 1267. 68 P. p. 339—41 K.

quaeque ipse miserrima vidi.

ideo autem discretivum dicitur, quia discernit personam cui coniungitur, ostendens per se facere et non per alium, ut 'quaeque ipse miserrima vidi', hoc est ipse per me, non per alium. Dic. derivativa pronomina quot sunt? Septem, meus tuus suus noster vester nostras vestras. Quot sunt declina|tiones pronominum? Quattuor, una illorum quae in i 173
faciunt genetivum et dativum, ut mei mihi, tui tibi, sui sibi; altera eorum quae in ius habent genetivum, ut illius huius; tertia eorum quae secundum mobilia declinantur nomina, meus tuus suus noster vester; quarta quae tertiam nominum declinationem sequitur, nostras vestras. Quae sunt dubia? Quae stoici quidem antiquissimi inter articulos [cum praepositionibus] ponebant, Romani autem inter pronomina infinita vel interrogativa vel relativa vel redditiva, Dionysius vero et Apollonius et Herodianus rationabiliter inter nomina. sunt autem substantiae vel qualitatis vel quantitatis 174
vel numeri [infinita]. substantiae, ut quis, quod tam interrogativum est quam infinitum, cuius relativum est qui, quod per se quidem acuitur, in lectione vero gravatur. invenitur tamen etiam pro quis atque tum circumflectitur. obliqui autem eorum casus, quando relationem signi||ficant, gravantur. qualitatis qualis, quod paenultimam circumflectit, quando interrogativum est; quando vero infinitum est vel relativum, acuitur ultima, quae tamen in lectione sopitur: eius redditivum talis. Dic quantitatis. Quantus, 175
quod similiter tria significat, interrogationem, quando paenultima acuitur; quando vero ultima, infinitum vel relativum est, quod similiter in lectione sopitur; eius redditivum tantus. numeri quot, quod similiter tria significat, interrogationem infinitionem relationem: sed quando interrogativum est, acuitur; quando autem relativum vel infinitum, in lectione gravatur: eius redditivum tot. Dic derivativum ab eo quod est quis. Cuius cuia cuium, 176
quae sunt possessiva infinita, quae Graeci non habent. praeterea hic et haec cuias et hoc cuiate, huius cuiatis, quae sunt gentilia infinita. et sciendum, quod haec declinationem pronomi|num habent quis vel qui cuius, et eam tamen inaequalem, cum accusativum quem facit et ablativum a quo vel a qui et dativum pluralem quibus vel quis. Quae sunt alia nomina, quae declinationem pronominum habent? In us quidem desinentia sex, unus ullus nullus solus totus alius, in er vero duo, uter et alter, et ex his composita excepto neuter neutri. Dic nominativum ab eo quod est ea. masculinum eius is, femininum ea, neutrum id. Quid habet notandum 177

8 tertia eorum *S* tertia *CG* 9 declinatur *G* 11 cum praepositionibus *ad doctrinam stoicorum de praepositione, quam illos coniunctioni copulavisse adnotavit Priscianus p.* 574, *pertinere videtur* 12 vel relativa *om. G* 14 inter nomina *GS* inter pronomina *C* 15 infinita *CG* infinitae *S* 18 obliqui eius autem casus *G* 19 circumflectit *S* circumflectitur *CG* 25 sed quando interrogatiuum est infinitiuum acuitur quando autem relatiuum in *C* sed quando interrogatiuum uel infinitum est acuitur quando autem relatiuum in *S* sed quando interrogatiuum acuitur uel infinitiuum quando autem relatiuum in *G : cf. Priscian. p.* 580 *et supra p.* 492 34 uero *G* quoque *CS* 35 quod est ea *S* quod est id *G* quod est *C*

hoc pronomen? Quod nominativum pluralem masculini tam in ei facit quam in ii et dativum et ablativum tam in eis quam in iis, et quamvis i duplicetur, pro una accipitur syllaba in metris, quomodo dii et diis pro dei et deis. Fac ab eo quod est is compositum. Idem eiusdem. Et quid interest inter masculinum et neutrum? Quod masculinum producitur, neutrum vero corripitur.

178 Diversa quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Derivativae. Vnde derivatur? A vertor verbo versus || participium, et a participio factum est nomen compositum diversus diversa diversum. generis hic feminini, numeri singularis, quando femininum est; quando vero neutrum, pluralis. et notandum, quod omnia mobilia in a facientia femininum et nomina et pronomina et participia simile habent femininum singulare et neutrum plurale, ut primus prima primum, pulcher pulchra pulchrum, armiger armigera armigerum, satur satura saturum, ille illa illud, iste ista istud, is ea id, hic haec hoc: haec et singulare est femininum et plurale neutrum. nec non etiam quis quae quod: quae tam singulare est femininum quam plurale neutrum. participia quoque amatu-
179 rus amatura amaturum, amatus amata amatum. Cuius est numeri? Singularis, quia femininum est in hoc versu; figurae compositae. Ex quibus? Ex duobus integris, id est ex di praeposi|tione, quae separatim non inve-
nitur per se, et versa. sunt autem inseparabiles praepositiones, id est quae per se separatae numquam possunt inveniri, hae, di dis re se am con; quas tamen praepositiones ideo dicimus, quod interpretatio quoque earum apud Graecos praepositiones eas ostendit et praepositivum locum sibi semper in compositione defendunt. diversus tamen apud Latinos frequenter non solum pro varius sed etiam pro separatus accipitur et discretus, ex quo etiam derivatur diversitas.

180 Penitus quae pars orationis est? Adverbium. Cuius significationis est? Hic localis, alias qualitatis: significat enim prorsus vel intima parte, ut Virgilius in tertio Aeneidos

insequor et causas penitus temptare latentis.

[et hic tamen similem habet significationem penitus, id est in penitissima parte, hoc est in intima, Italiae. antiqui enim et penitior et penitissimus ab eo solebant dicere, velut ulterior ultimus.] Cuius est speciei? Primitivae: ex eo enim nomen penitior et penitissimus nascitur et adverbium com||parativum penitius, superlativum penitissime. Cuius est figurae? Simplicis.

3 quomodo dii et diis pro dei et deis *s* quomodo di et dis pro dei et deis *SG* dii et diis quomodo dii et diis pro dei et deis *C*: *cf. Priscian. p.* 737 12 similem habent femininum singularem et neutrum pluralem *CGS* 25 defendunt. fac diriuatiuum ab eo quod est diuersus tamen (tamen *om. G* diuersus diuersus tamen *C*) apud *CGS* 30 ut uirgilius in tertio aeneidos insequor ut et causas *C* ut uirgilius in tertio aeneidos causas *S* ut et causas *G*: *Verg. Aen.* III 32 31 latentis *S* latentes *CG*

p. 1270. 71 P. p. 342—44 K.

Dum quae pars orationis est? Adverbium temporale, quomodo hic. 181
est autem etiam coniunctio causalis, quando pro ἵνα Graeca coniunctione accipitur, ut Virgilius in primo Aeneidos

multa quoque et bello passus, dum conderet urbem.

et sciendum, quod adverbium indicativo coniungitur, coniunctio vero subiunctivo. est tamen etiam pro coniunctione repletiva, ut

Sosia,

adesdum: paucis te volo,

et 'nedum illi corrruptis moribus victoriae temperarent'. ex eo derivatur dudum. post nec quoque vel post non vel post haud posita adverbium est temporale, ut necdum nondum haud dum.

Parte quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius 182
speciei? Primitivae, generis feminini, numeri singularis, figurae simplicis, casus ablativi. Cur pars partis facit? Quia omnia | in rs vel ls vel ns desinentia interposita ti faciunt genetivum, ut pars partis, puls pultis, mons montis, exceptis a corde compositis, quia d habent pro t, ut vecors vecordis, concors concordis, discors discordis; servant enim primitivi consonantem genetivi: et differentiae causa frons frondis ἡ φυλλάς et lens lendis τὸ κονίδιον; praeterea glans glandis et libripens libripendis, quia a pendo verbo componitur. Fac ab eo quod est pars derivativum. Diminu- 183
tivum particula; verbum vero partio et partior, quod in eadem invenitur significatione, et ex eo composita dispertio et dispertior et impertio et impertior. Dic ab eo compositum. Participium et participo participas participat. similiter componuntur ab eo expers expertis et particeps participis et proportio et bipertitus et tripartitus et similia.

Geruntur quae pars orationis est? Verbum. Quale? Perfectum. Quo modo dictum? Indicativo. Cuius coniugationis? Tertiae, significationis passivae, numeri pluralis, figurae simplicis, temporis praesentis, personae tertiae. Declina activum. Gero geris gerit et cetera. Quare praeteritum 184
gessi fa||cit? Quia in ro desinentia tertiae coniugationis in vi faciunt praeteritum perfectum, ut quaero quaesivi, tero trivi, exceptis uro ussi, gero gessi, curro cucurri; ex quo composita licet ut vel duplicent in praeterito perfecto cu vel non, decurro decucurri et decurri, percurro percucurri et percurri. Quare gessi gestus facit participium? Quomodo et ussi ustus. quaesivi quoque quaestus ὁ πόρος differentiae causa facit; nam quaesitus ὁ ζητηθείς. Fac frequentativum. Gesto gestas gestat: a participiis enim praeteriti ple|rumque fiunt frequentativa: et a gesto gestio gestis gestit, id est motu corporis significo gaudium. Dic ab eo alia derivativa. Gerulus, unde componitur nugigerulus. inde est etiam gesticulor gesticularis vel gesticulare gesticulatur et ipsa res gesticulatio.

3 in primo Aeneidos] *v.* 5 7 Sosia] *Terent. Andr.* I 1, 1 8 pacis *C*
9 necdum illis *C* : *Sall. Catil.* 11

X.

PANDITVR INTEREA DOMVS OMNIPOTENTIS OLYMPI.

185 Scande versum. Panditur intere a domus omni po tentis O lympi. Quot caesuras habet hic versus? Vnam. Quam? Semiquinariam. Quomodo? Panditur interea. Quot figurarum est iste versus? Vnius. Quare? Quia quinque dactylos habet. Tracta singulos pedes. Panditur dactylus ex una longa et duabus brevibus et cetera. Quot partes orationis habet hic versus? Quinque. Quot nomina? Tria, domus omnipotentis Olympi. Quot verba? Vnum, panditur. Quid aliud? Adverbium, interea. Tracta singulas partes.

186 Panditur quae pars orationis est? Verbum. Cuius modi? Indicativi. Cuius formae? Perfectae. Cuius coniugationis? Tertiae. Cuius generis sive significationis? Passivae. Cuius numeri? Singularis. Cuius figurae? Simplicis. Cuius temporis? Praesentis. Cuius personae? Tertiae. Dic activum eius. Pando pandis pandit. Declina. Pando pandebam pandi panderam pandam. Cur mutata do in di facit praeteritum perfectum? Quia omnia verba tertiae coniugationis quae ante do n habent mutata do in di faciunt praeteritum, ut scando scandi, incendo incendi, offendo offendi, defendo defendi. excipiuntur abicientia quidem n fundo fudi, scindo scidi, findo fidi, duplicantia vero primam syllabam pendo pependi, tendo
187 tetendi, tundo tutudi. Declina passivum. Pandor pandebar passus sum. Cur passus facit participium? Quia omnia passiva in dor desinentia tertiae coniugationis verba, nisi sint a dor verbo composita, participium praeteriti in sus faciunt, ut ludor lusus, caedor caesus, defendor defen|sus, incendor incensus. sed notandum est, quod, cum alia omnia quae n habent ante do etiam in participio ante sus servant n, ut offendo offensus, defendo defensus, incendo incensus, tendo tensus, pendo pensus, tundo tunsus, hoc differentiae causa, ne femininum eius simile inveniatur proprio masculino, quod est hic Pansa, ideo passus passa passum facit, quamvis a patior quoque passus facit, et a pateo passus, ut Virgilius in tertio Aeneidos

188 et pater Anchises passis de litore palmis,

et in primo

crinibus Iliades passis peplumque ferebant.

fundo etiam fudi fusus fecit nec duplicavit s, quia producta vocalis non egebat tali geminatione. fidi quoque et scidi, quia corripiunt paenultimam, duplicaverunt in participio s, fissus et scissus: Virgilius in nono Aeneidos

1 DOCUMENTVM PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMVM VERSVM NONI LIBRI AENEIDOS FINIT ORDITVR EIVSDEM IN PRIMVM VERSVM DECIMI LIBRI AENEIDOS (IN PRIM V DM L *C*) *CS*
1 *O* n ut fundo fundi scindo scindi findo findi *C* 29 passus passa passum fecit *CS* passus passa facit *G* 30 in tertio Aeneidos] *v.* 263 31 et pater Anchises *om. G* 32 in primo] *v.* 480 34 fundi fusus *C* 36 in nono Aeneidos] *v.* 413

p. 1272. 73 P. p. 345. 46 K.

frangitur ac fisso transit praecordia ligna.

imperativus et optativus et subiunctivus et infinitivus supra dicti verbi secundum analogiam declinantur. Dic supina. Pandendi pandendo pandendum passum passu. Dic participia activa. Praesentis pandens, futuri passurus. Dic passiva. Praeteriti passus, futuri pandendus. nomen verbale passor. in sor autem desinentia vel in xor verbalia feminina facere non possunt litterarum dissonantia prohibente. in tor enim desinentia mutant or in rix, amator amatrix, doctor doctrix, raptor raptrix, fartor fartrix. nomen verbale rei hic passus huius passus, quod significat τὸ βῆμα, id est quod patet in spatio distantiae pedum. [est tamen et aliud verbale pandus panda pandum: Donatus 'panda et contractior', et Ovidius in tertio metamorphoseon 'panda naris'.] nam passio magis a patior est. 189

Interea quae pars orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet. Quot || accidunt adverbio? Species significatio figura. Cuius est speciei? Inter quidem ab in praepositione videtur esse natum, quomodo a sub subter et ab ex exter; ea vero primitivum est pronomen ab|lativi casus singularis vel accusativi pluralis. Cuius est significationis hoc adverbium? Temporis; potest tamen esse et loci. Cuius est figurae? Compositae. Ex quibus? Ex integro et corrupto, si ea pluraliter accipimus. inter enim integrum est, quod plerique Latinorum praepositionem accipiunt, Graeci autem adverbium, ea vero corruptum. accusativus pluralis *enim corripit* a, produxit tamen propter generalem regulam adverbiorum in a terminantium, quae omnia producuntur, ut interea propterea praeterea, excepto ita. possumus tamen dicere, quia in compositione non necesse est separatorum constructionem servare et licere etiam ablativum singularem accipere in his adverbiis compositum cum praepositionibus, quomodo quacirca quapropter, sic interea propterea. frequenter enim etiam simplices ablativi pro adverbiis accipiuntur, ut una qua qui dextra sinistra. 190 191

Domus quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? A Graeco derivatur. Graeci enim δωμᾶσθαι dicunt aedificare: inde et ἐδωμήσατο et δόμος. Graece enim masculinum est et Latine femininum, haec domus, quomodo ὁ κρατήρ haec cratera, ὁ δεκάπους haec decempeda, ὁ πανθήρ haec panthera, ὁ χάρτης haec charta, ὁ γανσάπης 192

1 frangitur ac *CS* et *G* 9 BHMAIC quo (quod *s*) *CGS* 11 pandum; panda est enim res contractior . unde et Ovidius pandae naris erat *Lindemannus e codice L* Donatus] *p.* 1742 12 in quarto (IIII *S*) metamorphoseon *CS*, *om. G* : *Ovid. metam.* III 674 et panda loquenti Naris erat nam — 13 est *om. S* 16 cuius est speciei utrum primitiuum an diriuatiuum *C* 17 a sub subter et ab ex extra *CS* sub subt̄ et ex ext̄ *G* 19 Cuius — 20 loci *om. G* 23 ea uero composita accusatiuus pluralis a produxit tam n *CGS* ea uero corruptum . accusatiuus enim pluralis a producit ς 28 quacirca *CG* quocirca *S* 33 et EAWMECATO et domos *C* et AOMHCATO et AOMOC *G* et AIWMACETO et AWMOC *S* et *δόμησις* et ὁ *δόμος Ald.* 35 panter[a] *GS* carta *CGS* carta ab oppido Cartino, ubi primum usus eius inventus fuit *L*

haec gausape. Dic derivativa a domo. Domicilium, domesticus, dominus, domo domas domat, hoc est sub domo et potestate mea facio: unde maris domitor pro dominus et dominator. [inde etiam dominus.] hinc Domi-
193 tius et Domitianus. Dic adverbia ex hoc. In loco domi, ad locum domum, de loco domo, quae Graeci dicunt *οἶκοι οἴκαδε οἰκόθεν*. Dic deminutivum. Domuncula.

Omnipotens quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Adiectivae, figurae compositae. Ex quibus? Ex tribus corruptis, omnium et potis et ens, id est qui omnium | po||tis est. antiqui enim ens dicebant participium ab eo quod est sum es. ideo ergo a possum verbo potens nascitur tam participium quam nomen; sed quando participium est, et tempus significat et accusativo nominum vel infinito verborum coniungitur nec comparationem accipit, ut 'potens bella facere'
194 vel 'potens pugnare'. quando autem nomen est, caret tempore et genetivo coniungitur comparationemque habet, ut potens maris et amans illius, potentior et amantior. sic ergo omnia participia similia possumus discernere tempore et coniunctione casuum et comparatione. si enim verbi casum non sequantur, in vim nominum transeunt; similiter, si tempus amittant et si comparationem assumant, ut fugitans litium, doctus grammaticae,
195 doctior doctissimus. Cur in tis desinit genetivus? Quia omnia nomina in ls vel ns vel rs desinentia interposita ti faciunt genetivum, ut puls pultis, mons montis, ars artis, exceptis differentiae causa frons frondis et lens lendis: praeterea glans glandis, cuius quidem etiam similem genetivo quidam protulerunt nominativum. libripens quoque libripendis facit servata consonante verbi pendo. praeterea a corde composita d servantia pro t notanda sunt, concors concordis, discors discordis, vecors vecordis. comparativum quidem potens potentior potentissimus dicitur; omnipotens autem ideo non potest habere comparativum, quia *quod est* supra omnia nemini
196 potest comparari. Fac ab eo quod est potens ipsam rem. Potentia et potestas. Quid interest inter potentiam et potestatem? Potestas magis pro vi accipitur, potentia autem pro dicione. quidam autem etiam potentatum dixerunt. Declina verbum. *Indicativo modo tempore praesenti* possum potes potest, | eodem modo tempore praeterito imperfecto poteram, praeterito perfecto potui, praeterito plusquamperfecto potueram, futuro potero; imperativo praesenti ad secundam et tertiam personam potes possit, pos-

1 haec gausapa ς *et Priscianus p.* 759 2 sub dominio ς maris domitor] *Verg. Aen.* V 799 3 inde et domitus *Lindemannus* 6 domicula *G* 17 coniunctione *Lindemannus* . coniugatione *CGS* 18 sequuntur *CS* amittant ς amittat *CGS* 19 assumat *CGS* assumunt ς 22 ars artis *G* pars partis *CS* 28 quod est *om. CGS*: et est supra omnia et ς 29 potens diriuatiuum . *M* ipsam rem *S* 30 quid interest inter potentiam et potestatem *hoc loco omissa post* 32 dixerunt *transposita sunt in G* 30 et potestatem — 31 potentia *om. C* quod potentia magis pro ui accipitur potestas autem pro dictione ς 32 Indicativo modo tempore praesenti *om. CGS*

p. 1274. 75 P. p. 348. 49 K.

simus poteste possint, futuro potesto tu, potesto ille, potestote, possint vel possunto; optativo modo tempore praesenti et praeterito imperfecto utinam possem, praeterito perfecto et plusquamperfecto potuissem, futuro possim; subiunctivo modo tempore praesenti cum possim, praeterito imperfecto possem, praeterito perfecto potue||rim, praeterito plusquamperfecto potuissem, futuro potuero; infinito praesenti et praeterito imperfecto posse, 197
antiqui potesse: Terentius in Eunucho 'sed nihil tamen potesse': praeterito perfecto et plusquamperfecto potuisse: in futuro deficit. derivativum ex hoc possibilis.

Olympi quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. significat autem et montem et caelum olympum dictum a Graeco, quasi ὁλολάμπον, quod undique luceat. Cuius est speciei? Derivativae vel compositae a Graeco, id est τοῦ ὅλου καὶ λάμπειν. Fac ab eo derivativum. Olympicus Olympica Olympicum et proprium Olympius, Olympia, Olympium certamen vel Olympia, quae in honorem Iovis celebrabantur certamina Pisis. Dic composita. Olympiodorus et Olympionices. Dic patronymicum. Olympias, cuius secundum analogiam Olympiades debet esse masculinum.

XI.

OCEANVM INTEREA SVRGENS AVRORA RELIQVIT.

Scande versum. Ocea num intere a sur gens Au rora re liquit. 198
Quot habet caesuras? Duas. Quas? Semiquinariam et semiseptenariam. Quomodo? Oceanum interea, ecce semiquinaria. Oceanum interea surgens, ecce et semiseptenaria. Quot figurarum est? Decem. habet enim tres dactylos et duos spondeos. Tracta singulos pedes. Ocea dactylus ex una longa et duabus brevibus et cetera. Quot partes orationis habet iste versus? Quinque, Oceanum interea surgens Aurora reliquit. Quot nomina? Duo, Oceanum Aurora. Quot verba. Vnum, reliquit. Quot participia? Vnum, surgens. Quot adverbia? Vnum, interea. Tracta singulas partes.

Oceanum quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius speciei? Derivativae: ἀπὸ τοῦ ὠκέος enim, hoc est a celeri motu, dictus est Graece Ocea|nus. Fac ab eo derivativum. Oceanites masculinum et Oceanitis femininum; unde Virgilius in quarto georgicon

1 possint uel possunto *s* possunt uel possunto *G* possunto *S* uel possunto *C* 7 Terentius — potesse *om. G* in Eunucho] IIII 3, 24 tamen *C* tam *S* 8 diriuatiuum *s* diriuatiua *CG*, *om. S* : deriuatiua ex hoc possibilis compos praepotens et impotens *ς* 11 ΟΛΟΥΛΑΜΠΟΝ *G* 19 MONIMENTUM PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM DECIMI LIBRI AENEIDOS EXPLICUIT INCHOAT EIUSDEM IN PRIMUM UERSUM DECIMI LIBRI *C* EXPLICIT EX PRIMO UERSU DECIMI LIBRI AENEIDOS DOCUMENTUM PRISCIANI GRAMMATICI ORDITUR EIUSDEM IN PRIMUM UERSUM UNDECIMI *S* UERS. X. LIBRI EXPL. *G* 31 ΑΠΟ ΤΟΥ ΩΚΕΟC enim *G* ΑΠΟ ΤΟΥ ΩΚΕΟC *CS* ΑΠΟΤΟΙΟΚΘΩCΕΥΙΙ *L, unde ἀπὸ τοῦ ὠκέως εἶειν Lindemannus, eam vocabuli interpretationem secutus, quam olim probavit Hermannus opusc.* II *p.* 174, *ἀπὸ τοῦ ὠκέως νέειν ς ἀπὸ τοῦ ὠκέως νάειν Ald.* 32 oceanites *GS* oceanides *C s* 33 in quarto georgicon] *v.* 341

p. 1276. 77 P. p. 349. 50 K.

Oceanitides ambae.

199 Dic possessivum. Oceanius Oceania || Oceanium, ut Saturnius Saturnia Saturnium. Dic patronymicum. Ὠκεανὸς Ὠκεανοῦ Oceanides et femininum Oceanis, velut Πρίαμος Πριάμου Priamides et Priamis. et quamvis sit proprium Oceanus, etiam pro appellativo accipitur, quando partes eius significat, ut si dicam Atlanticus oceanus et Indicus oceanus et Boricus et Erythraeus sive Aethiopicus, quomodo mare, cum totum significat, proprium est, cum partem, appellativum.

Interea quae pars orationis est? Adverbium. Cuius significationis? Hic temporalis, alias autem etiam localis est, ut Virgilius in primo Aeneidos

interea ad templum non aequae Palladis ibant
crinibus Iliades passis peplumque ferebant.

200 Cuius est figurae? Compositae ex duobus integris, hoc est ex inter et ea, qui est ablativus perfectus. solent autem componi ablativi cum praepositionibus quae etiam accusativo separatim solent coniungi, ut quapropter quacirca praeterea propterea; sic etiam interea. Inter primitivum est an derivativum? Ab in derivatur inter, quomodo ab ex exter et a sub subter et a de antique deter, unde et deterior deterrimus, quae tamen alii a detero verbo facta esse putaverunt. quomodo autem ab exter extra et a super supra, sic et ab inter intra. hinc intro et intus. et intra quidem spatium temporis vel loci significat, intro vero ad locum, intus in loco: comparativus interior, superlativus intimus, verbum intro intras.

201 Surgens quae pars orationis est? Participium praesentis temporis, et in duas consonantes desinit, hoc est n et s, et commune est trium generum. Cuius est casus? Nominativi et vocativi, hic autem nominativi, | temporis praesentis, significationis neutrae, formae perfectae, numeri singularis, figurae compositae. Ex quibus? Ex duobus corruptis: tam sursum enim quam rego corrupta sunt. et notandum est, quod, cum in praesenti ex duobus corruptis sit, in praeterito ex corrupto et integro invenitur, surrexi. et multa inveniuntur huiuscemodi non solum verba sed et nomina, ut alteruter alterutrius in nominativo ex duobus integris est, in genetivo ex corrupto et integro: idem eiusdem in nominativo ex duobus corruptis est, in genetivo ex integro et corrupto: cogo coegi in praesenti ex duobus corruptis est, in praeterito perfecto ex corrupto et integro: pergo perrexi in praesenti ex integro est et corrupto, in praeterito autem
202 ex duobus integris. Declina verbum [eius]. Indicativo surgo surgebam surrexi surrexeram surgam; imperativo surge surgat surgamus surgite sur-

10 alias *in litura S* hoc *CG* in primo Aeneidos] *v.* 479 17 quacirca *CG* quocirca *S* 18 ab ex exter *G* ab ex extra *CS* 20 ab exter *GS* ab ex *C* 21 sic ab inter et intra *C* sic ab inter intra *G* sic ab in inter et intra *S* 28 iam sur enim quam go *L* susum *G* 29 et notandum (notando *C*) est enim quod *GG* notandum enim quod *S* 30 ex corrupto et integro *S* ex integro et corrupto *CG*

gant, futuro surgito tu, surgito ille, surgitote, surgant vel surgunto; optativo utinam surgerem surrexissem surgam; subiunctivo cum surgam surgerem surrexerim surrexissem surrexero; infinitivo surgere surrexisse surrectum ire vel surrecturum esse. impersonalia indicativo surgitur, surgebatur, surrectum est vel surrectum fuit, surrectum erat vel surrectum fuerat, surgetur; imperativo surgatur; optativo utinam surgeretur, surrectum esset vel surrectum fuisset, surgatur; subiunctivo cum surgatur, surgeretur, surrectum sit vel surrectum fuerit, surrectum esset vel surrectum fuisset, surrectum erit vel surrectum fuerit; infinita impersonalis surgi, surrectum esse vel surrectum fuisse, surrectum iri. supina surgendi surgendo surgendum surrectum surrectu. participia praesentis surgens, futuri surrecturus. etiam nomen est surrectus, quomodo rectus. cum caret tempore. sciendum tamen, quod simplex eius verbi activum est rego: facit enim regor. composita autem ab eo quaedam in neutralium transeunt significationem, quaedam permanent in simplicitate, ut pergo surgo neutralia sunt, dirigo autem et porrigo sive porgo et arrigo et corrigo correxi activa sunt. Dic 203 204
ab eo quod est surgo nomen verbale. Surrector et surrectrix, ipsa res surrectio et surrectus. Cur rego rexi *facit praeteritum perfectum?* Quia in go desinentia r antecedente, si non sint a rego composita, in si faciunt praeteritum, ut mer|go mersi, tergo tersi, spargo sparsi; alia omnia in xi, ut ango anxi, pingo pinxi, tingo tinxi, exceptis lego legi, frango fregi, impingo impegi, tango tetigi, pungo pupugi et punxi. a lego composita mutantia primitivi significationem mutant et praeteritum, diligo dilexi, intellego intellexi, negle||go neglexi.

Aurora quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Potest 205
tamen, quando pro die accipitur, loco appellativi accipi: quando enim deam significat, proprium est. Cuius est speciei? Derivativae; ab aura enim dicitur Aurora. proprie enim ipse ascensus solis, id est prima pars diei, aurora dicitur, in qua solet pulsu solis aer commotus auram facere. alii autem a splendore solis dictam putant. ponunt autem auram pro splendore teste poeta in VI Aeneidos

discolor unde auro per ramos aura refulsit,

id est splendor. inde etiam aurum dicitur, et aurarii qui favoribus splendidos, hoc est claros, faciunt, et aurigae qui splendorem sibi agunt, qui fit auris populi, hoc est clamoribus. Cuius est generis? Feminini, numeri singularis, figurae simplicis, casus nominativi et vocativi, hic autem nominativi (ablativus autem in a productam terminatur), declinationis primae.

1 surgant vel *om. S* 12 nomen est surrectus *S* nomen est surrecturus *CG* 15 simplicitate *CS* simplicis *G* simplici *L* 16 et corrigo correxi *om. G* 17 ipsam rem *CGS* 18 surrectus cur rego rexi . In go *relicto post* rexi *viginti fere litterarum spatio G* surrectus in go *C* surrectus quod in go, *superscripto* et notandum *post* surrectus *S* 20 tergo et secundae declinationis est et tertiae . unde Sedulius descendam (de secunda *coniecit Lindemannus*) nec tergere sacras nec cessat lambere plantas *L* 31 in VI Aeneidos] *v.* 204 32 refulxit *C* 35 auris *CS corr.* aurib. *G* a fauoribus *s* 37 terminat *CG*

p. 1278. 79 P. p. 351. 52 K.

206 Quare? Quia omnia masculina vel feminina vel communia tam Graeca quam Latina in a desinentia primae sunt declinationis, exceptis illis quae nascuntur a masculinis in ius terminantibus genetivum, quae sunt haec, una ulla nulla sola tota alia utra altera, et quae ex his componuntur; similiter a qua composita, siqua nequa aliqua. ea enim genetivum et dativum masculinorum servant suorum, unde quidam non ad significationem sed ad declinationem adtendentes pronomina ea esse putaverunt.

207 Reliquit quae pars orationis est? Verbum. Quale, id est cuius modi? Indicativi. Cuius formae? Perfectae, coniugationis tertiae, significationis activae, numeri singularis, figurae compositae. Ex quibus? Ex duobus integris, re et liquit. separatim tamen re dici non potest; quod tamen quidam volunt a retro vel rursus esse. quod si sit, ex corrupto et integro invenitur ea pars; liquit enim perfectum est. Cuius est temporis? Praeteriti. Quare linquo li||qui facit praeteritum? Quia n habentia ante co vel quo abiecta n faciunt praeteritum, linquo liqui, vinco vici. similiter ab eis composita, devinco devici, con|vinco convici, relinquo reliqui, deliquo deliqui, derelinquo dereliqui, et producunt i paenultimam in praeterito naturaliter. Declina verbum. Relinquo relinquebam reliqui reliqueram relinquam; imperativo praesenti relinque relinquat relinquamus relinquite relinquant, futuro relinquito tu, relinquito ille, relinquitote, *relinquant vel* relinquunto; optativo utinam relinquerem reliquissem relinquam; subiunctivo cum relinquam relinquerem reliquerim reliquissem reliquero; infinitivo relinquere reliquisse relictum ire vel relicturum esse. Declina etiam passivum. Indicativo relinquor, relinquebar, relictus sum vel relictus fui, relictus eram vel relictus fueram, relinquar; imperativo praesenti relinquere relinquatur relinquamur relinquimini relinquantur, futuro relinquitor tu, relinquitor ille, relinquimiuor, relinquantur vel relinquuntor; optativo utinam relinquerer, relictus essem vel relictus fuissem, relinquar; subiunctivo cum relinquar, relinquerer, relictus sim vel relictus fuerim, relictus essem vel

209 relictus fuissem, relictus ero vel relictus fuero; infinito relinqui, relictum esse vel relictum fuisse, relictum iri. gerundia vel supina relinquendi relinquendo relinquendum relictum relictu. participia activa praesentis temporis relinquens, futuri relicturus; passiva praeteriti relictus, futuri relinquendus. nomen verbale relictor et relictrix, ipsa res relictio; potest tamen et relictus dici, sed quartae declinationis. hinc derivatur et reliquus reliqua reliquum et reliquiae, quod poetae interposita l relliquiae metri causa proferunt. est etiam delinquo praeterlinquo, a delinquo delictum pro peccato, quod delinquit officium suum qui peccat.

14 linquo liuqui *C, in quo item in reliquis verbis quae secuntur et in declinatione verbi* relinquo n *littera addita est formis praeteriti temporis* 18 Declina uerbum *M.* Linquo et cet. *A* Declina etiam passiuum *G* 20 relinquant vel *om. CS* 26 relinquimini *GS* relinquamini *C*

XII.

TVRNVS VT INFRACTOS ADVERSO MARTE LATINOS.

Scande versum. Turnus ut infrac tos ad verso Marte La tinos. 210
Quot caesuras habet iste versus? Vnam. Quam? Semiquinariam, Turnus ut infractos. Quot figurarum est? Decem. Quare? Quia habet duos dactylos et tres spondeos. Tracta singulos pedes. Turnusut dactylus ex una longa et duabus brevibus et cetera. Quot partes orationis habet iste versus? Sex, Turnus ut infractos adverso Marte Latinos, Quot nomina? Quattuor, Turnus adverso Marte Latinos. Quid aliud habet? Vnum participium, infractos, et unum adverbium, ut. Tracta singulas partes.

Turnus quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius est speciei? Vnivocae: significat enim || nomen proprium regis Rutulorum et appellativum piscis palustris. Fac ab eo quod est Turnus derivativum. | Quomodo Saturnus Saturnius, sic debet etiam esse Turnus Turnius; patronymicum Turnides, quomodo Priamus Priamides. Quare secundae est 211
declinationis, Turnus Turni? In us correptam desinentia propria secundae sunt declinationis excepto Venus Veneris: praeterea Ligus Liguris, quod potest et proprium esse et gentile; et si sit proprium, masculinum est solum, hic Ligus huius Liguris; si gentile est, invenitur commune, hic et haec Ligus Liguris. Quare Turnus Turne facit vocativum? Quia omnia in us desinentia secundae in e faciunt vocativum exceptis propriis quae i habent ante us, quae per apocopam proferunt vocativum, ut Virgilius o Virgili pro Virgilie, et Mercurius o Mercuri pro Mercurie (ideoque accen- 212
tus manet paenultimus, quamvis brevis sit paenultima syllaba. ex quibus enim aliqua subtrahitur syllaba, si integra manet illa in qua est accentus, integrum servat etiam accentum, ut hic et haec Arpinatis perfectum circumflexum habuit paenultima syllaba, quae mansit in concisione: dicimus enim hic et haec Arpinas. similiter si dicamus munit pro munivit, circumflectitur nit, quia integra dictione supra se habuit circumflexum. sic etiam tuguri pro tugurii acutum debet habere.): et Terenti pro Terentie, Sallusti pro Sallustie. euphoniae tamen causa vel metri est quando nominativis utuntur pro vocativis, ut deus pro dee et fluvius pro fluvie, ut Virgilius in VIII Aeneidos

corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum;

et populus pro popule, ut Lucanus in secundo

1 MONITIO PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM UNDECIMI LIBRI AENEIDOS TERMINAT INICIPIT EIUSDEM IN PRIMUM DUODECIMI *C* MONITIO PRISCIANI GRAMMATICI IN PRIMUM UERSUM UNDECIMI LIBRI EXPLICIT INCIPIT EIUSDEM IN PRIMUM UERSUM DUODECIMI *S* UERSUS XI LIBRI EXPLICIT *G* 11 Cuius — 12 proprium *om. C* 12 uniuocū ē *GS* 14 sic debet etiam facere turnus turnius possessiuum. *Δ* Patronomicum quomodo debet facere. *M* Turnus Turnides *G* esse *om. C* 27 habuit *S* habebit *C* habet *G* quae *CS* qui *G* 28 si *om. CS* 29 dictio se habuit *C* 33 in VIII Aeneidos] *v.* 77 35 in secundo] *v.* 116

degener o populus, vix saecula longa decorum.

unum autem invenitur appellativum solum, quod et in i et in e vocativum profert, ut filius o fili et o filie.

213 Vt quae pars orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet. Adverbio quot accidunt? Tria, | species significatio figura. Cuius est significationis ut? Hic tempo|ralis: accipitur enim pro postquam. quando autem significat ἵνα Graecam coniunctionem, loco coniunctionis accipitur causalis. est tamen etiam similitudinis adverbium. solet autem ei adici etiam i tam coniunctionem significanti quam adverbium. adicitur ei etiam nam

214 et invenitur optandi adverbium, utinam. igitur ut et uti significat adverbium quidem, quando tempus vel similitudinem vel qualitatem sive interrogationem, id est quando quomodo significat; quando vero ἵνα vel ὅτι Graecam coniunctionem significat, coniunctionis loco accipitur. compositum autem ab uti utinam adverbium est optandi, ut diximus. praeterea

215 utique pro videlicet affirmandi est adverbium. Quem habet accentum? Vt et uti et utinam praepositiva gravantur per omnes syllabas, subiunctiva autem generalem accentum servant. sciendum tamen, quod ut quoque invenitur etiam pro optandi adverbio, ut Terentius in Phormione *

ut illum di deaeque omnes perdant.

cum vel quoque compositum tam ut quam uti similitudinis adverbium faciunt, velut et veluti, ut Virgilius in primo Aeneidos

ac veluti magno in populo cum saepe coorta est seditio.

216 Infractos quae pars orationis est? Participium. Quid est participium? Pars orationis partem capiens nominis partemque verbi. Cuius est generis? Masculini, casus accusativi, temporis praeteriti, significationis passivae. Cuius est formae? Perfectae, numeri pluralis, figurae compositae ex duobus integris. et nota, quod inveniuntur saepe participia ex verbis, quae non ex duobus integris componuntur, integra in utraque parte inventa; ut infringor ex integro est et corruptō, tamen infractus ex duo-

217 bus integris fit. ideoque possumus non a verbis ea declinata accipere, sed magis a sese composita. similiter impingo impactus, contingo contactus. similiter perficio perfeci, deficio defeci, conficio confeci. nec mirum in verbis et | participiis hoc inveniri, cum etiam in nominibus possunt huiuscemodi compositiones esse; ut idem tam masculinum quam neutrum ex duobus est corruptis, eiusdem vero ex integro et corrupto, et

1 vix saecula longa decorum *om. G* 6 accidunt. *M* Significatio comparatio figura *G* 7 posquam *C* 11 igitur ut et uti unum significat; adverbium quidem est, quando *Lindemannus* adverbium *om. S*, *add. s* 13 uel ὅτι *Lindemannus* ueluti *G* uelut *CS* uel ὅπως ς : *cf. p.* 496, 13 14 graecam *CS* gratias *G* 16 habet *GS* habent *C* 19 in Phormione] *cf p.* 496, 15 20 perdant *S* perdunt *CG* perduint *L* 22 in primo Aeneidos] *v.* 148 23 magna cum *C* cum — seditio *om. G* 35 et participiis — possunt *om. C* in nominibus *G* in pronominibus et nominibus *S*

p. 1282. 83 P. p. 355. 56 K.

e contrario alteruter ex duobus integris, alterutrius ex corrupto et integro. Declina activum. Indicativo infringo infringebam infregi infregeram infrin- 218
gam; imperativo praesenti infringe infringat infringamus infringite infringant, futuro infringito tu, infringito ille, infringitote, infringant vel infringunto; optativo utinam infringerem infregissem infringam; subiunctivo cum infringam infringerem infregerim infregissem infregero; infinitivo infringere, infregisse, infractum ire vel infracturum esse. gerundia vel participialia infringendi infringendo infringendum infractum infractu. participia veniunt ab activo praesentis infringens, futuri infracturus. Declina passivum eius. Infringor infringebar, infractus sum vel infractus fui, infractus eram vel infractus fueram, infringar; imperativo praesenti infringere infringatur infringamur infringimini infringantur, futuro infringitor tu, infringitor ille, infringiminor, *infringantur vel* infringuntor; optativo utinam infringerer, infractus essem vel infractus fuissem, infractus ero vel infractus fuero; infinitivo infringi, infractum esse vel infractum fuisse, infractum iri. nomen 219
verbale masculinum infractor, femininum infractrix, ipsa res infractio et infractus et infractura. ostendimus enim saepe, quod participia activa futuri temporis feminina etiam pro ipsa re accipiuntur, ut pictura usura natura iunctura: sic etiam fractura. rarissime in or rerum nomina inveniuntur, ex quibus magis verba nascuntur, non ex verbis nomina, ut labor laboro, color coloro, amor amo, honor honoro. Dic alia composita. Confringo perfringo defringo suffringo effringo. Cur frango fregi facit praeteritum? Quia tertiae coniugationis verba in go desinentia r antecedente, si sint simplicia, praeteritum in si faciunt, ut mergo mersi, spargo sparsi, alia vero in xi, ut pingo pinxi, tingo tinxi, rego rexi: unde ex eo com- 220
posita pergo perrexi, surgo surrexi, exceptis lego legi et ex eo compositis, quando eandem significationem servant, ut relego relegi, perlego perlegi; mutata autem significatione in xi, ut diligo dilexi, intellego intellexi, neglego neglexi. excipiuntur similiter frango fregi, pango pegi vel pepigi, ex quo impingo impegi. excipiuntur etiam tango tetigi et pungo pupugi vel punxi et ago egi et ex eis composita. Cur infractus? Quia omnia in gi vel in xi praeteritum perfectum faci|entia per ctus faciunt participium, ut legi lectus, dixi dictus, tetigi tactus, sanxi sanctus. excipiuntur flexi flexus, fluxi fluxus.

Adverso quae pars orationis est? Hic nomen est, quia caret tem- 221
pore, unde licet etiam comparativum eius facere adversior et superlativum

1 e *om. CG* ex integro et corrupto *G* 4 infringant vel *om. CS* 9 Declina passiuum. nomen uerbale *omissa declinatione verbi passivi G* 13 infringantur vel *om. CS* 16 infractio infringor infractus et infractura *G* 20 ut labor laboro color coloro amor amo honor honoro *S* ut labor laboro color coloro amor ab amor honor ab honoro *C* ut laboro a labor coloro a color amo ab amor honoro ab honor *G*. *nomina a verbis ducta esse docuit Priscianus p.* 628, *quam sententiam planius expressit Ald.* ut labor a laboro, color a coloro, amor ab amo, honor ab honoro 22 praeteritum — 23 verba *om. CS* 27 quando eam *CS* quae quando eandem *G* 29 excipiuntur *CS* excipitur *G* 30 excipitur *CGS*

p. 1283. 84. P. p. 356. 57. K.

adversissimus. Quale est hoc nomen? Appellativum. Cuius speciei? Adiectivae qualitatis est et mobile et derivativum a participio, id est participiale est. Fac ab eo aliud derivativum. Adversarius adversaria adversa-
222 rium. Declina verbum. Adverto advertis advertit et cetera. Dic eius frequentativum. Adversor adversaris vel adversare adversatur, quod ab activo factum est deponens, quamvis adverto et advertor aliam significationem habeant. scis autem, quod omnia frequentativa primae sunt coniugationis et plerumque a participio praeteriti solent fieri, versus verso versas, adversus adversor adversaris, exceptis in go vel in sco desinentibus. illa enim a praesenti faciunt frequentativa, ut ago agito et lego legito et scisco sciscitor et nosco noscito. viso enim visis et lacesso lacessis et arcesso arcessis non primae sed tertiae coniugationis inveniuntur. frequentativa
223 primae sunt coniugationis et inchoativa tertiae et meditativa quartae. Dic composita alia ab eo quod est verto. Averto converto everto subverto animadverto praeverto, et paene cum omnibus praepositionibus indubitabilibus invenitur, circumverto anteverto. et notandum, quod adverbia quoque inveniuntur non solum obliquis casibus nominum masculinorum vel femininorum sed etiam ipsi | nominativo similia, ut adversus, quod quidam, quia accusativo coniungitur, magis praepositionem existimaverunt. versus quoque suppositum localibus nominibus adverbium esse invenitur, ut Italiam versus, Galliam versus, Hispaniam versus, Siciliam versus, Graeciam ver-
224 sus. Sallustius tamen etiam praepositionem ei anteposuit in Catilinario, 'in Galliam versus'. exadversum quoque compositum, ut Terentius in Phormione 'exadversum tonstrina erat quaedam'. a deverto fit derivativum deverticulum: Terentius 'postquam ad ipsum veni deverticulum'. deversorium quoque dicitur locus in quo devertimus. versus quoque litterarum ordinatio inde dicitur, vel quod vertimus stilum a fine ad initium [vel ab initio ad finem], vel quod antiqui a dextera parte in sinistram et a sinistra in dexteram scribebant. vertigo quoque et vertex a verto verbo fiunt et Vertumnus deus et Verticordia [compositum] dea.

225 Marte quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius speciei? Primitivae. Fac ab eo derivativum. Martius Martia *Martium.* est et Martiaticus Martiatica Martiaticum dicere, unde stipendia militum

7 habeant *G* habent *C*, *corr.* habeant *S* scias *Ald.* sciendum *Krehlius* 8 uersus uerso uersa aduersor aduersaris *G* aduersus aduersor aduers aduersor aduersaris *C* aduersus aduersor aduersaris uel aduersare aduersatur *S*, *ubi* uersus uersor *ante* aduersus *add. s* 11 sciscitor *CS* scito *G* sciscito ς 14 auerto *G* aduerto auerto *deleto* auerto *S* aduerto *C* 15 praeuerto reuerto *S* 17 obliquis *G* ex obliquis *CS* 21 Hispaniam versus *post* 23 in Galliam versus *positum in CGS huc transposui* 22 in Catilinario] *c.* 56 23 ina galliam uersus *C* : in Galliam uersus in Hispaniam uersus ς 24 in Phormione] I 2, 39 exadversum ei loco Tonstrina erat quaedam tronstrina *C* quidam *C* a deuerto *G* aduerto *C* auerto *S* a diuerto ς 25 diuerticulum *CS* Terentius — 26 deuerticulum *om. G* : *cf. Terent. Eunuch.* III 2, 7 26 diuerticulum *S* diuersorium *CGS* diuertimus *C* diuertimur *GS* 32 martius et martia est et *S* martius et est et *C* martiçus et *G*

Martiatica dicuntur. inde derivatur etiam Mavors, ex quo Mavortius. dicitur tamen Maspiter, Martis pater, quomodo Diespiter, hoc est diei pater, Iuppiter. hic et haec Martialis et hoc Martiale: potest tamen et proprium esse Martialis. Quid interest inter proprium Martialis et appellativum? 226
Quod, si proprium sit, masculinum est et ablativum in e terminat; si autem appellativum sit, commune est et ablativum in i terminat, quomodo Iuvenalis Felix. Cur Mars Martis facit? Quia in ls vel ns vel rs desinentia interposita ti faciunt genetivum, ut puls pultis, mons montis, ars artis, exceptis differentiae causa frons, quando folium significat, frondis | (frons enim capitis frontis) et lens, quando pullos pediculorum significat, lendis; quando autem significat legumen, lens lentis. praeterea glans glandis, 227
cuius quidam nominativum et genetivum similem esse voluerunt. libripens quoque, quia a pendo verbo componitur, consonantem verbi servavit, libripendis. praeterea a corde composita d habent in genetivo secundum genetivum simplicis, concors concordis, discors discordis, vecors vecordis.

Latinos quae pars orationis est? Nomen. Quale? Derivativum, 228
generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis. Cuius speciei? Derivativae. potest tamen esse et proprium || regis, soceri Aeneae, et gentile a Latio Latinus, et possessivum, Latinus ager. Latium autem vel a latendo vel a latitudine est nominatum. a Latino Latinitas, a Latio derivatur etiam Latius et Latiaris. Fac compositum. Latinigena, quo|modo Troiugena Graiugena. sed in eis geminatio i mutavit sequentem i in u alternitatis causa pro Troiigena et Graiigena Troiugena et Graiugena faciens.

2 martis pater *G*, *om. CS* quasi Mars pater ς 4 interest *CS* est *G* 10 pediculorum *G* peduculorum *S* puduculorum *C* peduclorum *L* 13 seruabit *C* PRISCIANI GRAMMATICI SVPER XII PRIMOS VERSVS AENEIDOS EXPLICIT TRACTATVS PARTITIONVM *G* EXPLICUIT SCRIBI QUANTUM POTUI AC RENOUARI *S*

[PRISCIANI]

DE ACCENTIBVS

LIBER.

G codex Leidensis Perizonianus 55 fol., qui fuit olim Gronovii
H codex Guelferbytanus Augustanus 4. 11, olim Hildesheimiensis
ς editio princeps (Veneta) a. 1470

DE ACCENTIBVS.

p. 1285. 86 P. p. 360—62 K.

Littera est nota elementi, quae cum scribitur et in voce minima re- I 1
sonat, nihil aliud quam nota ad informandum elementum esse reperitur.
sed cum ex sono in vocem prorumpitur, elementi vocabulum | concipit,
quod, dum ratio ita sese habeat, quasi imago huius rei esse videtur, quippe
cum ex aëre percusso ictu linguae constat, unde vox formatur. vox nam- 2
que corpus esse ostenditur. nam et si corpus non esset, auditus aurium
minime vi percuteretur. sed cum tangit auditum et reverberat elementum,
tripertito dividitur, altitudine scilicet latitudine longitudine. habet quippe
littera altitudinem in pronuntiatione, latitudinem in spiritu, longitudinem
in tempore, hoc est et alte et late et longe auditur. habent etiam sylla- 3
bae suum elementum, quod productio dicitur. sed inter elementum litte-
rarum et syllabarum hoc distare videtur, quod elementa litterarum sunt
ipsae pronuntiationes, syllabarum ipsae productiones. quid est enim aliud
elementum quam pars minima partium || vocis articulatae? illud vero quod
remanet nota vel figura | elementi est. distat autem illud inter elementa
et litteras, quod elementa proprie ipsae pronuntiationes dicuntur, notae
autem eorum litterae. sed abusive elementa pro litteris et litterae pro ele- 4
mentis vocantur. nam aliud est littera quae videtur, aliud quod per eam
colligitur. videntur namque litterae aut longae esse aut rotundae aut qua-
dratae. colligitur namque per eas res gesta alicuius, dum colliguntur in
syllabis, de syllabis in partibus, de partibus in orationibus. sed nos locu-
turi de partibus ad accentum, qui in dictionibus necessarius est, transea-
mus. [cuius mysterium praebente deo vitam latius tractemus.]

Accentus namque est certa lex et regula ad elevandam et deprimendam II 5
syllabam uniuscuiusque particulae orationis, qui fit ad similitudinem elemento-
rum, litterarum syllabarumque, qui etiam tripertito dividitur, acuto gravi cir-

PRISCIANI GRAMMATICI DE ACCENTIBUS LIBER INCIPIT *H* 3 ad formandum *G* experitur *GH* comperitur ς 5 quod cum ς 7 nam si ς 8 uim minime percuteret *H* inde minime percuteret *codex Groninganus* 11 aut alte aut late aut longe *GH* 16 inter elementum *GH* 17 quod elementum *GH* 24 cuius — tractemus *om. G* tractabimus . dicimus igitur qui sit accentus *codex Leidensis bibl. publ.* 186: dicamus quid sit accentus *add. manus recentior in H*

p. 1287. 88 P. p. 362—64 K.

cumflexo. acutus namque accentus ideo inventus est, quod acuat sive elevet syllabam; gravis vero eo, quod deprimat aut deponat; circumflexus ideo, quod deprimat et || acuat. sunt namque decem accentus, quos ita huic operi dignum existimavi praenotare. accentus acutus virgula est a sinistra parte in dexteram partem ducta sursum: fit namque ita /. gravis 6 a summo in dexteram deprimitur ita \. circumflexus nota de acuto et gravi facta, scribitur ita ∧. longus est virgula iacens, ita —. brevis virgula est pars circuli iacens inferior, ita ∪. hyphen, quae coniunctio dicitur, qua tunc utimur, quando duo verba conectimus: est namque subiecta virgula versui circumflexa, ita ⌣. diastole, quae disiunctio Latine dicitur, quae 7 contraria separat, dextera pars circuli supposita versui, fit ita ›. apostrophos pars item circuli dextera ad summam litteram apposita est, quae fit ita ›; qua nota ostendimus ultimam vocalem parti orationis deesse, cuius consonans remanet, ut tribunal pro tribunale. dasia, quod interpretatur aspiratio vel ubi h littera poni debet, hac figura notatur ⊦. psile, quod interpretatur siccitas vel parum vel ubi h littera deesse debet, hac nota demonstratur ⊣. notandum, quod acutus accentus apud Latinos duo loca teneat, paenultimum et antepaenultimum, apud Graecos vero antepaenultimum, paen- 8 ultimum et ultimum; circumflexus autem paenultimum tantum. ponitur namque gravis in eadem dictione vel cum acuto vel circumflexo, sed tamen non in una syllaba. observatur namque unus accentus in integris dictionibus, ut Romanus Hispanus, in compositis vero unus similiter, ut malesanus intereáloci. sed in interiectionibus et in peregrinis verbis et in barbaris nominibus || nulli certi sunt accentus, ideoque in potestate uniuscuiusque consistit ut, quomodo necessarium viderit, sic in metro ponat. tres quidem res accentuum regulas conturbant, distinguendi ratio, pronuntiandi ambiguitas atque necessitas. sed qualiter haec fiant, intimandum est. ratio namque distinguendi legem accentuum saepe conturbat, siquis pronuntians dicat poné et ergó, quod apud Latinos in ultima syllaba nisi discretionis causa accentus poni non potest: ex hoc est, quod diximus poné et ergó, ideo poné dicimus, ne putetur verbum esse imperativi modi, hoc est pòne; 9 ergó ideo dicimus, ne putetur coniunctio rationalis, quod est érgo. ambiguitas vero pronuntiandi legem accentuum saepe conturbat, siquis dicat interealoci: qui nescit, alteram partem dicat interea, alteram loci, quod non separatim sed sub uno accentu pronuntiandum est, ne ambiguitatem in sermone faciat. necessitas pronuntiationis regulam corrumpit, ut puta siquis dicat in primis dóctus, addat que coniunctionem dicatque doctúsque, ecce in pronuntiatione accentum mutavit, cum non in secunda syllaba sed in

4 acutus accentus est nota a sinistra parte in partem dexteram uirgula ducta sursum *G* 6 a summo sinistrae *G* 7 longa uel longus accentus *G* longa *H* 14 dasian *GH* 15 silen *GH* 21 obseruatur namque unus accentus 5 obseruatur namque obseruatur certus accentus *G* obseruatur nam accentus *H* 25 consistunt *G* uidetur sic in metro penatur *H* tres siquidem *GH* 28 conturbat dum siquis *H*

p. 1288. 89 P. p. 364—66 K.

prima accentum habere debuit. sunt quidem syllabae tres, in quibus accentus producitur, quae ne ve, ut itáque, quando adverbium est; quando vero coniunctio, ítaque dicimus: 'venerúntne | viri ad nos'? 'carbonibúsve lumbos assarunt'. 10

